

A meminit Aimonius de reb. Franc. Ajunt. prope Vyvenburgum adhuc apparere vestigium profundæ fossæ.

Multavia & Danubii.

Quin etiam simile vel majus opus inchoavit Carolus IV. Imper. (quamvis qua ratione fieri hoc potuerit, ex situ loci, & horum fluminum cursu colligere non possum) qui Multaviam, quod flumen montis radices, in quo regia arch. Pragæ sita est, aluit, & Bohemici regni Metropolim intersecat, cum Danubio conjungere voluit: sicut videre licet apud Dubravium in Bohemiciæ historiis. Quid multis? Ejusmodi conatus, si non omnes, plerique tamen insuccessu reperiuntur. Statuit enim Deus, ut Regius Propheta (Psal. 103.) ait, mari & fluminibus suos terminos; quos non transgrediantur, & iis manendum consistendumque illis, quamdiu illi placuerit. Id testatur Propheta Hieremias cap. 5. ubi dicit, An me non timebit populus, qui pono terminos maris arenam? Hoc ipsum oraculum Delphicum, cujus supra mentionem fecimus, non ignoravit. Et recensetur a Rufino (lib. 2. cap. 30. Eccles. hist.) elegans historia de inundatione

Nili, quæ destructo templo Serapis, cujus Ethnici itam venerantur, contigit. Moris enim erat in Ægypto, ut mensura ascendens Nili fluminis ad templum Serapis, in quo Alexandria colebatur, deferretur velut ad incrementi aquarum & inundationis autorem. Subverio autem ejus simulacrum, ignique consumpro, omnes simul negabant, Serapim injuriam memorem, aquæ ultra affluentia solita largiturum. Sed ut ostenderet Deus, non Serapim, qui multo Nilo posterior, sed se esse, qui aquas fluminis temporibus suis juberet excrecere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantum fuisse prius ætas nulla meminerat. Et ideò illa ipsa, id est, aquæ mensura, quam *pylos* vocant, ad aquarum Dominum in Ecclesia capta desecravit. Hæc gesta ubi religioso Principi Theodosio nunciata sunt, extensus ad cælum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias ago tibi Christe, quod absque urbis illius magnæ pernicie tam vetustus error extinctus est. *Camerar. cap. 39. pag. 167.*

Volge & Thanais.

Hæc ita esse, ante plures annos Turcæ quoque experti sunt, qui adductis maximis copiis militum & mancipiorum, Rhan vel Volgam flumen (teste Ptolomæo, Sarmatiae Asiaticæ maximum, inque mare Caspium se exonerans, quod à Tartaris Elatach, ab Armenis autem Thamar appellatur) in Thanaim (qui fluvius Europam ab Asia dividit, & ab incolis Don, ab Italicis autem Thana vocatur, inque Pontum Euxinum sese effundit) perfosso monte altissimo, derivare conati sunt. Verum non tantum inedia, labore immenso, & venenatis animalibus, in regione inculta & deserta, impeditu à cæpto opere Turci fuerunt; sed etiam à Mosis magna clade affecti, & tandem Tartarorum dolis in reditu circumventi, ad interfectionem delati sunt. Manebant itaque fines, & termini maris fluminumque quos Deus poluit, in vitis hominibus, qui frustra eos suis viribus, restigante ipso, transferre conantur. Id ipsum Ægypti suis hieroglyphicis (Pierius lib. 25.) designare voluerunt. Hæc enim media sunt animalia inter terrestria & aquatica: vinculum illud ostendunt, quo terræ applicite sunt aquæ, suiisque coeherent finibus. Hactenus *Camer. in oper. succis. Centur. 1. cap. 82. pag. 392. & seq.*

Gargani montis in Apulia à continenti avulsio. STRABO author est, Diomedem conatum fuisse promontorium Gargani, fossa ad mare perducta, dividere, & à continenti avelere. Sed domum accessit, cum hoc, tum alia varia opera inchoata reliquit. *Leander in sua Italia, pag. 378.*

* Fœcunditas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Fœcunditas, quæ Græcis *παιδοποιία*, vel *δωδαια*, est abundantia, sive fertilitas, à Fœcundo, quod est, Fructibus abundantem facio. Er quamvis proliè dicatur de agris & arboribus, transferuntur tamen communiter ad animalia. Imò & ad animum, apud Plinium in *profat. lib. 1.* & ingenium. Unde & matres quæ plures liberos progenerunt, fœcundas dicimus & fœcunda illorum ingenia, qui plura memoria & laude

digna evulgant, aut deprimunt, idque sive voce, sive casu: Et in omni studio & arte obtinet.

Fœcunditas, Fœcunditas.

Fœcunditas, Abundantia, Græcè *παιδοποιία*.

Ac primum IN GENERE.

UTPUTA

POPULORUM.

Unius Jacob proles annis ducentis in legiones innumerabiles excrevit. *Genes. ult.* Australes omnibus voluptatibus ac veneri maxime deditos, Scythas verò negat Hippocrates ad venerem aptos esse, ob nimiam, ut ipse scribit, ventris frigiditatem ac humiditatem, tum etiam ob equitationem; ac propterea infœcundos esse: & cum frustra venerem tentaverint, odio venetis se ipsos castrare. Castrationem vocat alibi venæ cephalicæ, quæ sub auribus later, sectionem, qua his quoque temporibus uti quodam accepimus. Hæc tamen omnibus ferè historicis repugnant. Nam Gothorum, Scytharum & Germanorum tanta fœcunditas est, ut non modò Septentrionis vastas solitudines ac sylvas maximis urbibus decorant, F

etiam in universam Europam colonias miserant; non tantum Germani ultra Danubium, verum etiam Scandiniam extremis Scythiæ finibus positi: illinc Methodius & Paulus Diaconus, exercitus quasi apum examina erumpere consuevisse tradunt. Jonantes verò & Olaus appellat hominum officinam: quò inde Gothi, Gepidæ, Hunni, Cambri, Longobardi, Alani, Burgundi, Normanni, Picti, Heruli, Suevi, Sclavi, Suiceri, Rogi originem traxerunt. Cum autem Scythæ calidi sint & humidus, unde fœcunditas ingeneratur, dubium non est, quin omnium populorum fœcundissimi sint. Et quidem ad venerem in universum Australes falaciores: Septentrionales verò magis sunt idonei. Id summa Dei providentia factum est, quòd iis, qui satis habent ad gignendum facultatis, voluptas non magnopere esset necessaria: iis verò, qui minus habent humoris & caloris, majores stimulos voluptatis optima parens natura dedit: alioqui nec suum genus propagare, nec fecunditatem colere vellet. *Joan. Bedæ in Met. hist. cap. 5.*

Unalegio Turcarum, quem Perse adversus Arabes evocavit, repente in tantam hominum multitudinem aucta est, ut Arabes eos ejicere frustra conati, fœces ei & imperium commiserint. *Idem cap. 9.*

IN SPECIE.

VIROURUM, QUI MULTOS

SUSCIPERE LIBEROS.

EXEMPLA BIBLICA.

Adam protoplastus præter Seth, Abel & Cain, habuit xxx liberos.

GEDEON JOË F. qui & Jerobaal, dux fortis, filios habuit septuaginta ex multis uxoribus: item ex concubina, quæ in Sichem degebat, Abimelech sustulit, qui patre mortuo, tyrannidem invasit, & fratres suos lxx. uno in laxo peremit, excepto Joathan natu minimo. *Judic. cap. 8. & 9.*

JAIR Galaadites, Israelitas rexit annis 22. Is triginta filios habuit, in totidem equis equitantes, totidemque oppida tenentes, qui Jair vici vocantur, in Galaadite. *Judic. cap. 10.*

ABESAN Bethlehemites, Israelitarum judex annis septem, H triginta filios habuit, totidemque filias, totidem nurus, totidemque generos. *Judic. cap. 12.*

ABDON Ille F. Pxoratonites, filios xl. habuit, & nepotes triginta, in 70. equis equitantes: qui Israelitarum judex fuit annis 8. post Elion. *Ibid.*

DAVID rex filios habuit ex legitimis uxoribus novemdecim, præter eos, quos ex concubinis; & Thamar filiam. *1. Paralip. 3.*

ROBOAM Salomonis F. Judæorum rex, duxit uxores 1. lxx. & concubinas 1. lxx. Ex iis genuit filios lxx. lxx. & filias 1. lxx. *2. Paralip. 12. & 1. Josph. lib. 8. Antiq. c. 10.*

ACHAB Israelitarum rex lxx. filios habuit, quorum Joram natu maximus, patri in regno successit. Omnes uno die, iussu Jehu, occisi. *4. Reg. 10.*

Job septem filios & tres filias convivantes, ruina domus oppressos, amiserat. Postea cum Deus parentia illius satis explorata, omnia conduplicasset, septem filios ei dedit, & filias tres, Jemimam, Cassiam & Querenappucam, pulcherrimas totius orbis. Causa assertur: liberos non conduplicavit, quoniam decem illos, qui obierant, habebat adhuc in altero seculo: itaque

A itaque decem alios tantum in hoc seculo superaddidit. *Job cap. 1. & ult.*

HISTORICA.

ENDYMION Æthlii filius, secundus Eleorum rex, à Luna adamatus, ex ea filias quinquaginta suscepisse fingitur. *Pausanias lib. 5.*

MOYSES propheta dum vagatur per desertum populum traxit, Ægyptus, unde Israelitis exierat, quam ad id tempus Æria dicta esset, ab regis nomine, Ægyptus est cepta nominari. Fuit Ægyptus Beli filius, qui superiorem Ægypti partem regia potestate aliquandiu tenuit. Fama est, hunc quinquaginta masculæ stirpis liberos ex Europa Nili F. habuisse: quod in barbaro homine, quorum proprium fuit, sive procreationis, sive voluptatis causa, pluribus mulieribus misceri, haud fabulosum dixerim. Erat illi frater Danaus nomine, cui par fuit natarum numerus ex Euryopa, Nili itidem F. à fratre qui plus poterat naturam fiducia, ex Ægypto pulsus, in Peloponnesium est oneraria navi delatus: ubi Gelanore à suis per id tempus ejecto, facillè est Argivorum regno potius. Ac tum primum ferunt, onerariam navim in Græcia conspectam. Aqua etiam in viscibus terræ abstrusa, putatis ab eo altius effusis, deprehendi cepta est. Danaus, quia oraculo acceptat, furta, ut à genito interficeretur, cum filias suas Ægypti daret cogere, omnes prima nocte maritos suos interficere curavit. Sola Hypermetra Lino peperit, à quo postea Danaus occisus est. *Sabel. lib. 4. Ent. Phlegon. de Mirabilib. & longevis.*

LYCAON Pelagi F. Arcadiæ rex, antequam in lupum vertere, ex Adantis filia legitima uxore, & nonnullis aliis, supra quinquaginta liberos suscepit. *Natalis Comes lib. 9. cap. 9. Mythologia.*

THESPIAS Atheniensis Erechthi regis filius, è pluribus feminis filias L. genuit, cum quibus vocatis ad epulas Hercules sigillatim una nocte concubuit; suscepitque totidem liberos mares, qui Thespiadæ dicti sunt. *Dion. lib. 5. & Svidas.*

Hercules inter lxx. liberos, unicam tantum filiam habuit. *Antigonus in Mir. nat. ex Arisf.*

PRIAMUS ex Hecuba conjuge habuit xix. liberos: ex aliis C. pellicibus 31. Hinc *Maro:*

Quinquaginta illi thalamis, spem magnæ nepotum.

ARTAXERXES Xerxis filius, Periarum rex, habuit ex pellicibus ex. liberos, ex iusto matrimonio III.

Scylurum Chersonnesi dominum ac Scyluri liberos in captivitate Mithridates Eupator. Eos quinquaginta fuisse, Pofsidonius scribit, cum Apollonides octoginta affirmet. *Syrabo lib. 7.*

Arabum regi Heronimo, Trogus Pompejus auctor est, sexcentos ex numero pellicum filios fuisse, per quos variè bella administrabantur. Hujusmodi præsidio iressu, Syrie fuit & Ægypto infestus, Syllanis temporibus. *Sab. lib. 3. Ent. 6.*

MASINISSA rex Numidiæ, xlv. filios habuit, auctore Eutropio.

ATILIA Hunnorum rex, lx. liberis insignis.

CAROLUS MAGNUS Imp. ex multis conjugibus & concubinis, multos etiam liberos habuit: nimirum ex Hildegarda Sveva Carolum, Pipinum, Lotharium & Ludovicum: filias autem Ruthrudem, Bertam, Gislam, Hildengardam, Adelheydam, Bellixandam, Immam, Gertrudim. Tum ex concubinis, Gertrunda, Adeltrudem, Reginam, Drogonem & Hugonem: Adelinda, Theodoricum: Himmeltrude, Pipinum in patrem seditionum: Rothilde, Adeldodem, Roxnam, Adelindam. Tres filias ex Fastrada Franca suscepit, Theodoretam, Hiltrudim & Rothaydem. Et ita viginti tres liberos genuit. *Heaio in Chron. German. & Bruchius in German. monasterii.*

BABO ab Abensperg. & Roer, Comes, Babonis Schirorum principis F. urbis Ratisponensis præfectus, ex duabus legitimis uxoribus triginta & duos filios, atque octo filias tulit, educavitque: totque simul liberos viros superstites reliquit. Eum Henricus II. Imp. cum Ratispona habitans, secum venatum cum paucis proficisci iussit. Babo sperans, se tempus opportuum habatum, quo tantam sobolem Cæsari commendaret, juvenes jam puberes, citros admodum & elegantes, cultu quoque & arte ornati, unicuique comitem adjungit: cum tali proles globo venatum procedit ad Imp. Ille visa tanta multitudine, Babonem accersit, scitificaturque, cur cum paucis advenire iussit, tot equites adduxerit: Babo responderet: Cum uno equidem duntaxat famulo præfissum. Qui igitur alii sum? inquit Cæsar. Excipit Babo: Et tui, inquit, famuli, filii mei, quos tuæ

majestati exhibeo, committo: quod bonum, sanctum felixque fiet, talenti electorum juvenum & fratrum cohortem, in pace decus, in bello præsidium dono do: ut ingenuam decet sobolem, maxima cura tibi educavit. Gratissimum munus tale juvenum fratrum examen Augusto fuit, dextra & oculo excipit, filios nominat: secumque in aula consistere iussos, præfectus, vicis, prædiis suspensariis, castelleque locupletavit. Ab his plurimi comites, nobilesque Naticorum, Vindellicorum, Noricorum, Charionum, Bajorum & Francorum genus trahunt. Uiputa Comes & Liberi Barones de Roer, Rietenburg, Stephaning, Raning, Lengfeld, Calmuntz, Bogen, Roteneck, & alii quidam. *Aventinus A. D. lib. 5. Annal. Bojar. & Hieron. Zieglerus in Historia illustrium virorum Germ. Ann. 1485.* Nicolaus hujus familie ultimus, à Christophoro Bavaricæ ducæ, quod partes fratris visisset, interfectus est.

RODOLPHUS Habsburgensis Imp. ex Anna Comitissa de Hohenberg in Suevia suscepit septem filios, totidemque filias: Ex quibus postea innumeri principes, Reges & Imperatores prodierunt. *Cuspin. A. D.*

ALBERTUS I. Rodolfi Imp. F. primus Austriæ dux, & cæso F. Adolfo Imperatore, ex Elisabetha F. Meinhardi Comitissæ Tyrolensis viginti & unum liberos suscepit. Quibus tui prospiceret, ad regionem per fas & nefas anplandam, in Helvetia præsertim, animum adiecit. Horum undecim iustam assequuti sunt ætatem, cæteri in pueritia mortui. *Strunpffus & Cuspinianus. A. D.*

BARRABAS Vicecomes, Mediolanensis dux, xxxix. liberos suscepit, & per eosdem nobilissimos Christiani nominis principum familiis sese inseruit.

CONRADUS Moscoviæ dux, xxx. liberos habuit, ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt.

MULIERUM. QUÆ PEPPERERE SIMUL MULTOS, *Præter Geminos, Triginos.*

EX S. SCRIPTURA.

THAMAR ex Juda socio, habitu meretricio occultata, concepit: quoniam liberos omnino habere cupiebat. Exactis ad pariendum mensibus, geminos in utero ferebat. Atque in ipso partu alter manum protulit, quam prehensam obstrictrix cocco alligavit, dicens, priorem exiturum. Sed cum is manum rediisset, & ejus frater emergeret, obstrictrix dixit: Quare objectum tibi interfecisti interpositi? eoque Phares appellatus est. Deinde exiit alter is, qui coccum in manu habebat, qui Zara nominatus est. *Gen. 38.*

REBECCA uxor Isaac, cum sterilis esset, concepit tandem gemellos, qui in ejus utero conflictabantur, & matrem miserè cruciabant. Consulto Dei oraculo, responsum est, duas gentes in utero illius esse, duosque populos inde orturos, minori tamen servituro majorem. Peperit inde priorem Esau, rusticum totum, & villosi centonis infans: postea, Esau calcem manutens, exiit Jacob. *Gen. 25.*

HISTORICA.

MNEMOSYNE Eleutheris imperans, in Pieria Jovis concubitu usà novem noctibus, anno veniente, totidem filias edidit, Mofas dictas:

Μένωσα ἐν τῆσιν ἀνδράσιν θυγατέρας (ut inquit Hesiodus in Theogonia.)

Ἐννέα θυγατέρας μεγάλας ἐκχευαίας, Κλειώ, Ἐστέρη, Πέ, Θάλεια, τὸ Μελπομένη, Τερψιχόρη, Ἐρατώ, Πολυμήνη, Οὐρανία, Καλλιόπη, ἡδὲ ἠροφρεσάτη ἐπὶ ἀπασίν.

Mystica interpretatio alterius est loci.

Ægyptia quædam uno partu quinque pueros enixa est, teste Aristotele. *Gell. lib. 10. c. 2.*

Mulierem non ultra quinque uno partu edere, tradit Arisf. memorieque fuisse prodium, *Antigonus in mir. nat.* scribit, Alexandria Mulierem quandam quatuor partibus, xx. fetus edidisse, quorum major pars enutrita sit. Eademque in urbe, alia mulier quinque infantes unâ peperit, tres masculos, duas feminas, quos suis sumpibus alii iussit Trajanus Imperator. Eademque mulier circumacta exinde anno, tres infantes peperit. *Phlegon. de Mirab. & longevis.*

Annis supremis Augusti, Fausta quædam è plebe, Ostiæ duos mares, totidem feminas enixa, famamque consecuta est, portenti haud dubiè. Repertur & in Peloponneso Mulier quinos quater enixa, majoremque partem ex omni ejus vixisse partu. Er in Ægypto septenos uno utero simul genuit, auctor est Trogus, ubi læsiter potu est Nilus. *Plinius lib. 7. cap. 2.*

A Ancilla quædam Augusti Imp. in agro Laurente, uno partu quinque enixa est filios. Eam Augustus in via Laurentina honorifice sepeliri curavit cum ipis pueris, & sepulchri inscriptione. *Gell. lib. 10. Noct. Att.*

Proconessa è duplici adulterio geminos edidisse fertur, utrumque patri suo similem. *Solinus Polybist. c. 4.*

Serapim Alexandrinam, scribit Cajus Digestorum libro tricesimo quarto, quinque liberos uno enixam partu. *Cælius lib. 4. c. 13. A. L.*

LAMPRIDIUS scribit, Faustina Pii F. M. Philosophi uxorem, uno partu enixam geminos, Commodum scilicet & Antoninum: qui quadrinus elatus est, quem parem astrorum cursum Commodus Mathematici promittebant. Cum Faustina esset prægnans, visa est in somnis serpentes parere, sed ex his unum ferociorem. *Cyprian. A. D.*

LAMISII Longobardorum regis mater, septem uno partu edens filios, eos in piscinam quandam projecit. Quos cum Agelmundus primus Longobardorum rex post lbor & Agion, ster faciens hacta revolvetur, Lamisius hactam ejus firmiter tenuit. Ab ego igitur nutritus postmodum, & regni hæres factus est. *Sigebert. in Chron.*

Sub Zenone Imp. mulier quædam septem liberos uno enixa est partu, quos in piscinam crudelis abiecit. Sigebertus, matrem eam fuisse indicat Agelmundum regis Longobardorum: *Paul. Diacon. verò lib. de gestis Longob. cap. 10. meretricem.*

Mulieris meminit Avicenna, quæ duos & viginti abortivos ediderit. *Ravifus.*

Eo anno, quo Henricus II. Rom. Imperator mortuus est, Altaichii, inferioris Bojarie monasterio, mulier quædam quinque filios simul est enixa. *Avent. lib. 5. Annal. Bojar. A. D.*

Comitissa quædam Querfurtensis, uno partu fertur edidisse novem infantulos, quos omnes ad unum utque voluit interirere: sed patre forte fortuna adventante, conservati sunt. *Brotschus lib. 4. c. 4. hist. Anhalt. princ.*

MACHTILDIS Comitissa ab Henneberg, filia Florentii IV. Bathavini comitis, soror Gulielmi regis Rom. sub Friderico II. Imp. mille quingentos quatuordecim pueros simul genuit: qui in Malluvio ab Othone Trajectensi Episcopo avunculo ejus sacra aqua lustrati sunt, & post mortui. *Avent. in lib. 7. Annal. Bojar. A. D. Cyprian. 350. pueros habet. A. D.*

Anno Christi 1313. Margarita Comitissa Holsteini, imperante Henrico VII. uno partu tot edidit infantulos, quot anni sunt dies, trecentos sexaginta quatuor, omnes maturæ ætatis & humanæ: omnes etiam vivi baptizati sunt. *Annales Brunsvicensium. Alberti. Crantzii in Vandalia. Ernestus Brotschus lib. 4. c. 4. historia principum Anhaltinensium. Fulg. lib. 1. c. 6.*

ALBERTUS MAGNUS scribit, quandam fuisse mulierem in Germania, quæ LX filios peperit, quolibet partu quinque, quorum nullus ad dimidium annum pervenerit. Aliam quandam in Germania, configuratis conformatissime jam in utero duorum & viginti infantium corpuculis abortum fecisse, aliam verò etiam septuaginta: hinc, ut amplius incretadmiratio, aliam etiamnum eiecisse in pelvium, embryunculorum, auricularis digiti magnitudine, corpucula centum & quinquaginta. Cujus rei facta fides est, tuniculis, quibus obvolvabantur, concisiss. Addit quoque, pluribus eorum affuisse dilationis & constrictionis motum, & signa alia vite complura, oculis tamen imperfectioribus: Manuum verò & pedum digitos fuisse capillares. *Cælius lib. 4. cap. 23. A. L.*

* Comitissa Hollandiæ Margarita Florentii uxor, unico partu enixa fuit trecentos sexaginta quinque liberos, cujus portenti historiam requirere in loco de Imprecatione. Item in serie Episcoporum Vitræjensium.

ISENBERGUS Comes de Altorf, uxorem habuit Irmentridim. Hæc cum pauperulam feminam eodem partu tres liberos mares enixam vidisset, & tanquam impudicam reprehendisset, quod ex eodem viro tres simul filios suscipere, impossibile videretur: ipsa post annum (Deo sic ejus superbum judicium confutante) absente viro, XII. mares enixa est. Perterrita eo casu, quod jam de sua quoque pudicitia dubitari posse arbitraretur, obsterici undecim in proximo torrente Schercio mergendos committit, unicum illa servat. Pare obstericæ. Obvius fit illi Comes, quid velatum gesserit, interrogat. Illa Vvelfos (sic enim lingua sua celatos vocabant) deformes submerfuram scè asserit. Mox ille: At permittite, inquit, ut videam, sitne aliquid, qui venationi nobis interservire possint. Repugnat illa. Tan-

dem coacta, & negotium Comiti, ita E ut gestum erat, narrat. Imperat ergo Comes, ut factum apud uxorem suam distimulet, & filios educari præcipit. Exacto jam sexennio, cum omnes viverent, in arcem adduci jubet, atque illic coram omnibus amicis imprudentia uxoris detecta, veniam illi dedit, & filios porro duodecim æquali jure suos esse voluit: statimque, ut non Comes de Altorf, sed ex vetule obstericæ ominosa voce, quæ vitam illi X. dederat, Vvelfi vocarentur: & gratitudinis ergo pro divinitus servata tam numerosa prole, in ipso Altorfensi oppidulo cenobium monachalium construxit. Hanc istius monastici loci originem esse, ex multorum senum, qui eadem sese à suis parentibus & majoribus audivisse narrabant, testimonio scribit, *Bruschius, de monasterio Vvelforum.*

HELIONORA Salvita, Bartholomæi Fricobaldi Florentini civis uxor, duos & quinquaginta liberos enixa est, nunquam pauciores tribus uno partu. *Jacobus Tapellus in Fragmentis.*

Anno 1270. in Cracoviensi regione, honesta quædam matrona Margarita, Virbosoi Comitis uxor, triginta sex pueros vivos uno partu edidit, viciniam die mensis Jan. *Cromerus lib. 9. & Guagninus in vita Boleslai 7.*

MATTHIAS Golancevius Episcopus Uladislavienfis in Polonia fuit sub Uladislao Lothico rege. Ejus matrem ferunt duodecim filios uno partu edidisse, verum ex his unum illum vixisse, reliquis mox, ut nati erant, mortuis. *Cromerus lib. 11.*

Rustica in pago Resynit propè Aconium lacum, A. D. 1535. quatuor pueros mares uno partu incolumes edidit, non diu tamen superflues. *Stimpfius.*

JOANNES GISINGERI Tigurini oratoris in Benserium ditione uxor, circa annum Salut. 1553. cum gemellos edidisset, anno nondum elapso, quinque simul peperit, tres filios ac duas filias. *Lycosthenes de prodigijs.*

Dorothea quædam Germana in Italia gemino partu XX. filios edidit. *Fr. Picus Mirand. in secundum hymnum sum. 9. & Guagninus in vita Boleslai 7.*

LIA F. Laban lippis oculis deformis, Jacob patriarchæ ia conjugium data, quamvis inficis, cum à viro parum curaretur, fecunditate tamen à Deo fuit donata, ita ut primum quatuor filios, Ruben, Simeon, Levi & Judam ei peperit: deinde cum Zilpha ancillam ei subjecisset, Gad & Aser obtinuit. Tandem ipsa rursus peperit Issachar & Zabulon, & filiam Dinam. Rachel è contra sterilis fuit, ex Bala ancilla, quam Jacob subjecerat, suscepit pro suis Dan & Nephtalim: multo post peperit ipsa Joseph & Benjamin. *Gen. c. 30.*

Judæi solidissimi promissionem Abraham factam de multiplicando semine ejus sicuti stellas cæli, & arenam maris, referunt ad tempus, cum Messias venerit, & eos in terram Sanctam reduxerit. Tunc enim quamlibet mulierem quolibet die filium paritaram. *Petr. Cluniac. lib. 2. contra Judæos, c. 5.*

Veteres scriptores de numero filiorum Niobes non videntur consentire. Homerus sex numerat, & totidem filias. Læsus verò & Euripides bis septem dicit. Hesiodus novemdecim: nisi vera non sunt Hesiodi illa carmina, sicut multa quoque alia falsò ipsi attribuantur. Alcum decem ponit. Mimerus, Pindarus, Bachylides xx. Sappho xix. *Ælian. lib. 12. de Variis hist.*

Ὅτι Χαλιδῶν τὸ πῶλον ἦν γυνή, id est, Tanquam Chalcidice peperit nobis uxor. De ea dicebatur, quæ liberos quam plurimos peperisset. Tradunt, heroinam quampiam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Calceidi, quòd prima arma ærea confecerit. Ea viro conjuncta centum liberos enixa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis annalibus, & attestatur Aristus Salaminus. *Erasmus.*

Acca Laurentia XII. filios mares habuit, & ex his unicum tantum amicit, cujus locum Romulus sibi. Hi XII. fratres Arvales didit.

POMPEIUS MAGNUS in ornamentis theatri mirabilis fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum artificum ingenijs elaboratas: inter quas legitur Eucyche, à xxx. liberis rogo illata Trallibus, enixa xxx. partus. *Plin. lib. 7. c. 3.*

CORNIA Osliv cxxv. annis vixit, enixa quindecies. *Idem lib. 7. c. 48.*

Gracchorum mater Cornelia duodecies partum alternavit, Agrippina Germanici novies. *Idem lib. 7. c. 12.*

Magno Stortia mater fuit Elia, virilis animi mulier, ex Pe-tracina factiosa gente, fervidus asperique moribus, sed pudicitia mirabil. Peperit alterum & viginti liberos, quos vestiti ad arma natos ita educavit, ut facili comitoria indumenta, ex-

A quædam epulas, & mollia strata contemnerent: uterentur autem robusto quodam corporis atque animi vigore ad tuendam familiæ decus. *Jovinis in vita Sfor.*

VICTORIA mater Anez Sylvii, qui postea ad Pontificatum evehctus, Pii II. nomen obtinuit, duodeviginti, & ex his gemellos aliquos, puerperis edidit. *Joann. Antonius Campanus in vita Pii.*

Consulatur infra Titulus de fetu. * FœCUNDITAS DIUTURNA. Medici scribunt, mulieris desinere fieri muliebricitate ordinariè post annum 46. & in viris generandi vigorem desinere sub annum 66. Nihilominus *Lemnius de occ. nat. m. r. ac. lib. 4. c. 24.* fatetur, quosdam se feminas novisse, quæ utque ad annum 55. fecundæ extiterunt.

Testatur historia, Masiniam post annum 86. ætatis liberos genuisse. Et novi, ait *Camerar. Hor. succif. Cent. 1. cap. 57.* amicam paternum Francum, qui propemodum octogentarius genuit liberos & filiam. Huc refer ex loco de Generatione Tit. Conceptus mirabilis, & nonnulla alia.

Fœdus.

ETYMOLOGIA, ET DEFINITIO.

Fœdus est pax, quæ sit inter dimicantes, vel à fide, quæ intervenire debet, vel à facultibus ita dictum, per ipsos enim se habent fœdera, sicut bella per sæculares.

Aliud dicta fœdera sentiunt, à porca fœdè & crudeliter occisa, cujus mors & interitus illi devoveatur, qui à pace recessisset, unde *Virgil.*

Et cæsa jungebant fœdera porca. Fœderis partem, inducit dicta, secundum *Isidor. lib. 18. c. 1. orig.* quasi in dies orti. *arab.* Græcè & arabice, Hebraeis *Borih* eligere, quia conditiones fœderum ab utraque contrahentium parte eliguntur.

Fœderata, cum quibus, conditiones, tempus & pleraque alia, quæ in loco de Amicitia. Item in loco de contrahentibus, Titulo Contractus publici, quibus tamen adjicimus in præsens sequentia.

FœDERA CUM HOMINIBUS

INITIA.

EXEMPLA SACRA. Variorum cum variis fœderum exempla non pauca suppedant sacre Litteræ, idque variis etiam de causis; quarum tamen pleraque fuerunt animorum conjunctio, & obsequiorum ad invicem officio delatio, quamvis etiam pacis conciliatio, hostilitatque omnis depulsio libundè intervenerint. Nos locum Scripturæ & fœderatorum nomina duntaxat suggeremus. Curiosus Lector causas facillè indagabit.

Ita in illis fœdus commemorantur, Elcol & Amer cum Abrahamo, *Genes. 14. 13.* Abraham cum Abimelech, 21. 27. Isaac cum Abimelech, 27. 31. Jacob cum Laban, 31. 44. Jolue cum Gabaonitis, *Isos. 9. 15.* David cum Jonatha, 1. *Regum. 18. 3.* & 30. 16. & 23. 18. David cum Senioribus Israel, 2. *Reg. 5. 3. 1. Paral. 11. 22.* Abner cum Davide, 2. *Reg. 3. vers. 12. 21.* Salomon cum Hiram, 3. *Reg. 5. vers. 12.* Ala cum Benadad, 15. 19. 2. *Paral. 16. 2.* Achab cum Benadad, 3. *Reg. 20. 34.* Jolaphat cum Ochofia, 2. *Paral. 20. vers. 35. 37.* Jolaphat cum Achab, 3. *Reg. 22. 24.* Jolada cum Præfectis militum, 4. *Reg. 11. 4. Paral. 23. 1.* Ephraim cum Assyriis, *Osæ. 12. 1.* Demetrius cum Judeis, 1. *Mach. 10. v. 15. 16.* Demetrius cum Ptolemæo, 1. *vers. 8. 9.* Romani cum Judæis, 16. *vers. 16. 17.*

Exempla profana, sive historica, passim, & abque numero reperiantur, cum vix ulla bella illata legantur, quæ non exitum per fœdera sortita fuerint.

FœDERA QUIBUS OLIM CEREMONIIS, AC

FORMA SANCITA APUD ETHNICOS.

Pleraque horum habes in loco de Contractibus, quæ hoc loco non repetimus: nonnulla tamen istis infra adjicemus.

APUD FIDELES OLIM.

IN LEGE ANTIQUA.

Solebant veteres Judæi fœdera facere interveniente negotiatione, & divisione certorum animalium; idque etiam observant in lege naturæ, ut interpretes observant, *Gen. c. 15.* ubi Deus feriens fœdus cum Abrahamo, vultu, in usum faciendi fœderis, sumi vaccam triennem, & capram trimam, &c. eaque omnia dividi à capite ad caudam. Cui mandato secutus Abra-

ham, sumptis præcepta sibi animalia, & per medium divisit, præterquam aves, quas non divisit, quia ad fœdus nihil faciebant. Ritus autem fœderis erat, ut inter partes, sive membra dissectorum animalium, transiret fœderantes, & sibi imprecarentur necem & filionem, si fœdus violarent. Atque hunc ritum Judæos deinceps servasse constat. *Jeremiæ 6. 34.*

CHALDÆOS.

Apud Chaldæos, inquit Diodorus Tarsensis, turis habetur jurjurandum, cum illud per animalium sectionem faciunt, eandem prævaricatoribus imprecantes.

Idem, teste Sophocle, euntes per medium ignem, & ferum manibus tractantes, juramenta firmabant; quod etiam aliæ nationes servabant.

GRÆCOS.

Jurejurando se obstrinxerunt Græci omnes, cum adversus copias Xerxis dimicaturi essent, in hæc verba: Vitam libertate plures non faciam, neque deleram Imperatores, neque vivos neque mortuos: sed eos è focis qui in prælio occubuerint, omnes sepeliam; & ubi belli victor extitero, etiam barbaros, ex his civitatibus, quæ pro Græcia pugnaverint, nullam devastabo: quæ barbari partes sequi maluerunt, omnes decimabo: sanorum, quæ à barbaris incensa, & diruta sunt, nullum omnino excitabo: sed finam impietatis barbaricæ extet in omni posteritate monumentum. *Muret. lib. 3. Var. lect. c. 10.*

Græci, qui cum Cyro adversus Peras ascendunt, fœdus percusserunt, mactato tantum lupo, & apro, & arietè, in sanguine intingentes Græci enses, Barbari hastam, jurejurando addito, neutri alteros se deserturos, sed belli fore focios: Barbari verò in super jurarunt, se sine fraude ducturos esse. *Suid.*

PERSAS.

Perse inter sacra mensæ & conviviorum dicta, præsentibus uxore & filiis, quos omnes tantquam fidei pignora adhibent, fœdus ineunt, & sic fidem socialem ratam, & mansuræ pacis inviolabile pignus esse censebant. *Alex. lib. 5. c. 3.*

ARABES. SCYTHAS. BAUCÆOS.

Arabes, quoties fœdus faciebant cum aliis, quidam medius inter utrumque stans, acuto lapide feriebant volam juxta majores digitos ipsorum qui fœdus agebant: deinde sumpto flocculo ex utriusque vestimento, ungebat eo sanguine septem lapides in medio positos, inter unguendum invocans Dionysium & Uraniam. Hoc acto, idem qui fuerat sequester fœderis inter amicos contrahendi, vadabatur pro hospite, aut forte pro cive, si cum civibus agebatur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contrahabant, servare justum convenere. *Polyd. Virg. de invent. lib. 4. c. 15.*

Etiam missum è leviter vulneratis brachijs aut pollicibus sanguinem lambebant.

Scythæ hoc modo fœdus faciebant: Infulo in grandem calicem sicilem vino, commictebant eorum sanguinem, qui ferient fœdus, percutientes calicem aut incidentes gladio aliquantum corporis, deinde in calice tingebant sagittas, securim, jaculum: hæc simul atque fecissent, sese multis verbis devovere, postea vinum epotare, non modo ii qui fœdus faciebant, sed etiam comites illi, qui erant maxime dignitatis.

Baucæi pacationem in hæc formulam confabant: feriebant enim fœdus super occultam fossam, & quoad humus ea ita se haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum fore sentiebant. *Herod. lib. 3. 4. & 5.*

ROMANOS.

Romanis fœdus sancire volentibus, Sacerdos fecialis ex mandato Regis aut Consulis, sumpta ex arce graminis herba pura, porcum feriebant silice, dicens: Sic à Jove feriatur, qui hoc fœdus fregit, ut ego hunc porcum ferio. Testatur *Livius lib. 1. ab Vr. cond. de fœdere percusso inter Albanos & Romanos.* Postis, ait, fœderis legibus, fecialis dicebat: Populus Romanus non deficiet prior: si prior defecerit, publico consilio, dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum Romanum ficerito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tandòque magis ficerito, quanto magis potes polleque. Sic etiam *Virg. lib. 8. Æneid. de Romulo & Latino.*

ARMAS.

A Armati Iovis ante aram, paterisque venentes
Stabant, & cœsa iungebant fœdera porca.
Atque inde manasse phœnam, qua fœdus ferire, mactare,
percussere, icere dicimur. Idem refert *F. Patricius lib. 8. cap. 10. de regn.*
Claudius Cæsar cum regibus fœdus inivit medio foro, porca
caesa, & adhibito ritu communi. *Suetonius.*
Plut. in quest. Rom. testatur, Romæ duces fœdera non ferti-
fœ medio diei: nec formulam conscribere contempsisse.
Quin ipsi Januarii Kalendis, Romani milites in verba Im-
peratoris jurare solebant: cum antea stante Repub. in Senatus
populique Rom. verba jurarent. *Plutarch. in vita Galbae.*
Dion. lib. 57.

CHRISTIANOS.

Non est insolens apud Christianos, ut perceptione sacre Eucharistie fœdera pactaque confirmantur; quod fœdum symboli
fidei maximum est, neque ullum eo majus excogitari po-
test. Ita pax inter Henricum IV. Imper. & Palchalem Ro-
manum Pontificem coaliuit, teste Sigeberto. Etiam cum nu-
per Parisiis simulæ inter Carolum IX. Francor. Reg. & Car-
dinalem Guisium deposita fuit, utque in reconciliationis si-
gnum, Corpus Dominicum sumpsit. Eiusque rei plura repe-
riuntur exempla. Si quando tamen inter Catholicos, & illos
qui se Evangelicos appellari faciunt, fœdera percipiuntur, so-
lemni juramento, & subinde sacrorum Evangeliorum attacku
firmantur. De Uladislao Rege Hungariæ cum Amurata I.
Turcæ. Imper. fœdus inante, S. Eucharistia velut in obli-
vione ei tradita, alio loco diximus.

FOEDERA INTER DEUM ET HOMINES

INITA. QUIBUS CEREMONIIS, &c.

IN LEGE NATURÆ.

Initurus Deus cum Abraham fœdus super terra promissionis
possidenda, iussit adhiberi ritus omnes, quos in fœderibus
faciendis adhibebant, de quibus paulo ante, agendo de ce-
remoniis Judæorum. Cumque, ait in iis describendis Moy-
ses, occubisset Sol, facta est caligo tenebrosa, apparuit cli-
banus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas.
In fœderibus enim ferendis solebant ferientes transire inter
victimas divisas, ut supra diximus: Itaque hoc lampadis aut
facule transitu per media animalia, firmat Deus suum fœdus
cum Abraham: Loco enim Dei transit Angelus in hac fac
representatus, & delitescens. Ipse etiam Abraham qui fœdus
cum Deo inivit, pari modo transiit, vel potius visus sibi transire
est intelligendus. Ita interpretes super *c. 15. Genes.*

Petræo diluvio, etiam statuerat Deus pactum cum Noe &
filiis ejus, ne deinceps interficeretur omnis caro aquis dilu-
vet, nec esset diluvium dissipans terram; dixitque, Hoc signum
fœdus quod do inter me & vos, arcum meum ponam in nu-
bibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram: Cum-
que obduxero cœlum nubibus, recordabor fœderis mei. Hoc
autem fœdus Dei, non est fœdus contrahentium, in quo pars
utraque ad certas condiciones se obligat; sed est mera Dei pro-
missio. *Gen. c. 9.*

IN LEGE SCRIPTÆ.

Deus iterum per Moysem in lege scripta sancivit legem inter
semetipsum, & populum, *Exodi c. 24.* per sanguinem victi-
marum. Moyses enim sumptum sanguinem respexit in popu-
lum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus
vobiscum super cunctis sermonibus his. Significabatur autem
sanguis Christi in nos in nova lege respicendus. Apostolus
verò Paulus in Epistola ad Hebræos dicit, cum sanguine ac-
ceptam fuisse aquam, & lanam coccineam, & hyssopum, af-
perimusque ex eo populum & librum. *Heb. 9.*

IN LEGE NOVA.

Ut figuræ responderet veritas, Christus novum fœdus cum
populo suo sancivit per seipsum, hoc est, sanguinem suum, quasi
victimam fœderalem, qua nobis meruit redemptionem, & sa-
lutem; unde in institutione Eucharistie expressè dixit: Hic calix
est novum testamentum in meo sanguine. Hoc est, ut clariss
ali Evangelistæ: Hic est sanguis novi testamenti, utique verus
sanguis, non symbolicus, quomodo vetus testamentum, quod
umbra erat novi, vero sanguine fuit sancitum.

FOEDERA INFœLICIA

Primum. CUM SUBDITIS.

Ludovicus XI. cum subditis, à quibus desertus ac proditus
fuerat, pacem inire coactus, omnes paulatim trucidari, aut
alia via è medio tolli curavit, usque adeo ut etiam fratrem Ca-
rolum veneno sustulerit. *Mejovus in historia Flandriæ.*

Superiore ætate Rex Fessæ à fratre oblectus, iniquissimis E
conditionibus pacifici coactus fuerat. Ceterum eodem mo-
mento fratrem, quem ad complexum admiserat, suffocari, ac de
sublimi folio deturbari, inspectante exercitu, mandavit: mili-
tes, duce amisso, Regis imperia non detrectarunt.

Simili amentia Dux Hyorchus cum Henrico VI. Anglorum
Rege, quem opibus & viribus superaverat, fœdus inivit; quo
quidem vivo, sibi totius Regni procuratorum liberis posterif-
que regnum ipsum, Rege mortuo, pactus est. Rex omnibus af-
sentiri se simulavit, mox tamen Hyorchus, factus est, ac co-
ronam fidelium capiti imponi, postmodò securi percussus manda-
vit. *Ex Chronicis Pauceri, & axiomat. Richter.*

CUM EXTERIS.

Atheniensium & Corycorum fœdus utriusque exitiale fuit,
cum Attici propter conjunctionem cum Coryceis, quam fe-
cerant in causa dubia, movissent bellum Peloponnesiacum.
Item postea propter fœdus cum Phocenibus seditionis, at-
traxerunt regem Macedonicum.

CROÆTUS fiducia fœderis Laconici suscipit bellum non neces-
sarium contra Cyrum in quo & vincitur, & capitur.

Fœdus Juda, Jonathæ, & Simonis Machabæorum fra-
trum, cessit ipsis infeliciter. Omnes enim paulò post inivit
fœdus interfecti sunt: Judas in acie: Jonathas à Thyrbone:
Simon infidiis Prolomati generi infidi. Habuerunt autem fœ-
dus cum Romanis.

Israëlites infeliciter dimicantur, cum fœdus fecissent contra
tribum Benjamin, & fiderent viribus suis.

CADMUS Ageris filius, occiso rege, cui nomen erat Dra-
conis, fertur occupasse regnum Bœotia: adversus quem cum
amici & filii Draconis bellum conjunctis viribus suscepissent,
ipse jecit inter eos finem discordiæ: qui tandem distracti at-
que consumpti sunt.

Hinc nata est fabula de serpente, ejusque dentibus in terram
seminatis, ex quibus subito exierunt duræ acies, galeæ & ha-
sitis armatæ, quæ nutius vulneribus sese consecerunt. Fingunt
autem Cadmus illum semenem fuisse iussu Palladis, hoc est,
divino consilio; et enim singularis prudentiæ, ita divellere
hostium consensum. Ac videre mihi videor in hac fabula
quandam imaginem horum temporum, ubi aliquoties fœde-
rat Principes simili arte sunt distracti, & postea inter se se di-
micantes perierunt.

Quando nostri Principes muniebant se fœderibus, populus
intuebatur potentiam Principum conjunctionum inter se fœde-
re, quod vocabatur Smalcalensis. Aliqui multa monebant,
fiducia illius fœderis, quæ præstitit fuisse omnia. Illa fidu-
cia eos ad arma capefenda impellebat, ad experiendum fortu-
nam infelicitis belli, quod quamplurimis exitiale fuit. Memini-
mus, quæ fuerint voces multorum intentionum numerum eor-
um, qui eo fœdere erant devincti: Sed sapientes, quanto
crescebat potentia magis, tanto magis frangebantur animis,
& fiebant abjectiores.

Nostro tempore fuerunt focii Veneti & Genueses, Cæsar
& Romanus Pontifex contra Turcas. Veneti cum Genuensibus
habent naturale diffidium. Idè Veneti prodiderunt An-
dream Dorian, & impediaverunt. Is contra non adjuvabat fide-
liter. Sic dirimebantur, & cogebantur Venetie inter con-
cordiam cum Turca, & magno redimere pacem: Turcius enim
Imperator noluit eis placari, nisi cederent duabus præstantissi-
mis urbibus, Monembasia videlicet & Calliopolis. Est autem
Monembasia urbs proxima Mycenis: quæ deinde dicta est Epi-
daurus. In Homero dicitur venetia: ibi enim sunt generosissi-
ma vina; unde & vinum Malvaticum, quod apud nos habemus
advehitur. Calliopolis verò paulò superius sita est. Sic Veneti
iterum coacti sunt pacem componere, ac novum fœdus facere
cum Turco Imperatore, quia videbant se desertos esse ab An-
drea Doria. Sunt *Λακωνικοί, & σίνδ Ημάς* fœdeta Genueses:
quia Veneti & Genueses sunt naturaliter inimici.

Joanni regi Ungariæ exitiosa fuit conjunctio cum Turcis;
attraxit enim Turcas in regnum, qui id devastarunt.

DE FIDE FOEDERIBUS INITIS SERVANDA.

Requiratur locus de Fide, & Fidelitate supra, Titulo
Fides servanda in Promissis, Pactis, &c.

Fœmina.

Quare. MULIER.

* Fœnus.

* Fœnus.

VIDE USURA. FOENERATORES.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fœnus, Græcè *τὸ πῶλον*, *τοῖζα*, fœnero. Est autem fœnus
usura. Sedifferunt, quia usura est lucrum de capitali ac-
ceptum, fœnus verò est lucrum de usura. Vel sic fœnus ex toto
ipso est: nam dicitur naturalis fructus terræ: *Ovid.*
Quid tibi cum multo fœnore reddat ager.

Et inde ad usuram transferitur, quasi pecunia per se fructum
producat, sicut terra. Ita & fœnum factum terra dicimus, &
fœnus factum pecunia.

A fœnero fœnerator, qui apud Græcos Danista dicitur, &
fœneratitius: unde pecunia fœneratitia, quæ ex usuris est
collecta: hinc & fœnum dicitur, quod herba eadem manens
quotannis novas pariat.

Hebræi usuram & fœnus duobus nominibus perstringunt:
B. Nefech, à motu & rosione, 2. *T'harbit*, ab acquisitione,
& multiplicatione, quæ voces fœneratorum artibus ap-
primè conveniunt.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

TUM ETHNICORUM, TUM CHRISTIANORUM.

PITTAGORUS, quæstum ubique lucrum inexplebile esse dice-
bat. *Sicb. ferm. 10.*

PERIANDER, dicebat quæstum turpem esse gravem thesau-
rum. *Eodem ferm.*

SOCRATES, interrogatus, quinam avari essent? Qui turpi-
tate venantur, inquit, & necessariis amicorum negligunt.
Eodem ferm.

POLITIANUS, Fœneratores pecunias habere & non habere
dicebat. Nam dum omnia ad usuram trahunt, nihil habent,
& quod habent, alius habet. *Ibid.*

Fœnus est Republicæ funebre malum, seditionum discor-
diarumque creberrima causæ: quæ cohærent antiquis quo-
que & minus corruptis moribus. *Tacitus Annal. lib. 6.*

Æqui cultor egregius, intertemporant illam habendi libidi-
nem, quæ per iniquas usuras suo ævo dominabatur, detesta-
tus Alphonfus Rex Aragonum, rogabatur, Quidnam sibi vi-
deretur Fœnus: Nihil aliud, inquebat ille, quam animæ fu-
nus; ita enim ante eum *Aufonius*:

— Sic turpia lucra

Fœnoris, & velox inopes usura trucidat.

Ex Panorm. lib. 3. de Gest. Alphonfi. Laurent. Beyerlinch in
Apophthegmata.

Idem percontanti, Quo apud eum honore essent Fœnera-
tores: Eodem, dicebat, quo Harpyiæ. Illæ enim ex rapto
vivunt, sicuti & illi. *Panorm. lib. 4.*

Fœtus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fœtus est quicquid animal gignit, aut parit. Græcis
πῶς, vel *πῶν*, à fovendo Latine dicitur; dum enim in
utero est, imò dum ex utero, à matre fovetur. Dicitur tam de
brutis, idque magis propriè, quàm de hominibus. Imò &
D terra fœtum legitimus fœnum, & meministi fœtus arborum *Vir-
gil. lib. 1. Georgicor.*

FOETUS IN UTERO CONCEPTUS RESPECTU

MODI. VEL.

Supra naturam.

Unus hic & solus occurrit Christus Jesus, Opt. Max. Nam
quicumque alii absque vitii peribentur nati femine, fabulo-
sis, non veris annumerandi sunt historis. Quorum exem-
pla aliquot à Virginitate, quæ pepererunt, Titulo de promi-
ssum. Hic filiorum, illic parentum habetur ratio. Cujus
nativitatis miraculum *D. Bernard. ferm. 3. in Vigilia Nativita-
tariis*, his verbis persequitur. Tria opera, tres mixturas, fecit om-
nipotens Dei majestas, in assumptione nostræ carnis: ita sin-
gulariter mirabilia, & mirabiliter singularia, ut talia nec facta
sint, nec amplius super terram faciendâ sint. Conjuncta quip-
pe sunt ad invicem Deus & homo, mater & virgo, fides &
cor humanum. Nihil enim Deo sublimius, nil vilius limo: &
tamen tanta dignatione Deus descendit in limum, tantaque
dignitate limus ascendit ad Deum, ut quicquid in eo Deus fe-
cit, limus fecisse creditur: quicquid limus pertulit, Deus in

illo pertulisse dicatur, tam ineffabili, quàm incomprehensibili E
li sacramento. Et attende, quia sicut in illa singulari divinitate
trinitas est in personis, unitas in substantiis: sic in illa specia-
li commixtione trinitas est in substantiis, in persona unitas:
& sicut ibi personæ non sciunt unitatem, unitas non minuit
trinitatem; ita & hic persona non confundit substantias, nec
substantiæ ipsæ personæ dissipant unitatem. Summa illa trini-
tas hanc nobis exhibuit trinitatem, opus mirabile, opus fini-
gulariter inter omnia & super omnia opera sua. Verbum enim &
anima & caro, in unam convenere personam: & hæc tria
unum, & hoc unum tria non confusione substantiæ, sed unitate
personæ. Hæc est prima & superexcellens mixtura, & hæc
prima inter tres. Adverte homo, qui limus es, & non sis super-
prima quia Deo conjunctus es, & non sis ingrans. Secunda mix-
tura est virgo & mater, admirabilis planè & singularis. A secu-
lo non est auditum, quòd virgo esset, quæ peperit, quòdque
mater esset, quæ virgo permansit. Nunquam, iuxta rerum ordi-
nem, virginitas ubi fecunditas prædicatur: nec fecunditas, ubi
virginitas integra conservatur. Sola hæc est, in qua virginitas
& fecunditas obviaverunt sibi. Ibi semel factum est, quòd
factum non fuerat, nec fiet in æternum: quia nec primam simi-
lem viâ est, nec habere sequentem. Tertia est fides & cor hu-
manum: & hæc quidem prima & secunda inferior, sed non mi-
nus forsan fortis. Minus enim est, quomodo cor humanum
his duobus fidem accommodavit, quomodo credi potuit, quòd
Deus homo esset, quòd virgo manserit quæ peperit. Primam
auris audivit, sed oculus non vidit: quia auditum est & creditum
utque in fines terræ, magnum illud pietatis sacramentum: &
tamen oculus (Deus) non videt absque te, quomodo te intra
virginis ventris angustias humano corpori conjunxisti. Secun-
dam oculus vidit, quia te fecundam & virginem illa singularis
regina conspexit, quæ conservavit omnia verba hæc, confe-
rens in corde suo: cognovit & Joseph, & non minus testis
quàm custos tantæ virginitatis. Tertia cor hominis ascendit,
cùm quod factum est, sicut factum est, creditum effectum magis
oraculo, quàm miraculo credidimus, cùm quæ dicta vel facta
sunt, tenemus firmissimè, nullatenus dubitantes. In prima videt,
quid in secunda, per quid: in tertia, propter quid Deus dederit
tibi. Dedit Christum, per Mariam, propter sanctitatem. Hæc ille.
Nos pariter Domino Deoque nostro ex Gnomologo ipso-
la assignamus *Ægyptia*:

Ὁ ἀνὴρ, Παρθένος τὴν, ὅθεν τέλει, ἔπειτα αὐτῷ
ἀπομαρτυροῦμαι, ἵνα ἀπομαρτυρῶ.
Χορὴ ἀναξ ὅτι ἐμὲ θεὸν τὴν πύττιν κηρύττει,
ὡς ἴδιον ἐπιπέσει ἑρῶν ἀνθρώπων;
Δόξα χάρις τε θεῷ ἑτάρατι ἢ γαῖα μελῶν,
Ἰησοῦν τὸν βαδὺν πᾶσι ἀπὸς σαλῆος.

Tu solus Θεοῦ θῆρας, æternus Dei non deorum filius,
ἀμώτος, mortalis hominis non hominum filius, ἀπάτος, ob
paternum delictum patre carens, morte tua ἀπαύτως, reddi-
disti. Tibi soli pro tantis meritis gloria, & gloria in omnem
æternitatem.

Secundum naturam.

Exemplis hic non est.

TEMPORIS. SUPERFOETATIO.

Mulieri ubi paululum temporis inter duos conceptus incef-
sit, uterque perfertur: ut in Hercule & Iphico marite ejus ap-
paruit, & in Ea, quæ gemino partu, alterum fratris simili-
lem, alterum adulteri genuit: item in Proconnesia ancilla,
quæ ejusdem diei coitit, alterum domino semina, alterum
procuratori ejus: & in Alia, quæ unum iusto partu, quinque
mensium alterum edidit: rursus in Alia, quæ septem men-
sium edito puerperio, infecutus mensibus geminos enixa est,
Plinius lib. 7. Nat. hist. c. 11.

NUMERI. GEMINI, TRIGEMINI.

Ipsum Fœtum hic consideramus. Si matrem species
liberorum factu nobilem, ad virtutis generatrici histo-
riam pertinebant.

Geminos Græci nunc didymos dicunt, nunc didymones,
eo tamen interstitio, sicuti in Rhetorico adnotatum lexico
est, ut sint Didymones divaricatis sejunctique corporibus,
Didymi autem conjunctis connexique. Cujusmodi fuisse
Actorias, traditum fabulis scimus. *Cælius lib. 4. cap. 23.*
A. L.

Vopiscæ à nativitate nomen habent, & partu. E geminis
enim, si alter abortivo flexu exciderit, is qui legitime natus
est, Vopiscus nominatur. Circa quod maxima & rara mira-
cula contingunt. *Solinus c. 7. Polybist. & Plin. lib. 7. c. 10.*

Ex facta historia notiss. gemelli, Elau & Jacob, Isaac pa-
triarchæ: Her & Onan, Judæ ex Sux uxore.

A CASTOR & POLLUX gemini fratres, filii Jovis & Leda, qui ipse tueri solebant à piratis (unde & dii maris dicuntur) ille mortalis, hic immortalis fuit. *Plin. lib. 2. c. 37.* Relati sunt in cœlum, & positi inter duodecim signa cœlestia. *Ægina* Aristodemi Spartanorum regis uxor geminos peperit. *Herodotus.*

ROMULUS & REMUS gemini fratres ex Rhea Sylvia, à Mare compressa nati sunt, teste Livio, & omnibus aliis astitulantibus, qui de Romanorum historia scriperunt.

Trigeminos Horatios apud Romanos, totidemque Curianos apud Albanos fuisse, quorum certamine Romani & Albani imperium locarunt, testatur *Livius lib. 1. Dec. 1. & Plin. lib. 7. c. 2.*

Quare in Titulo de Fecunditate, pleraque hujus rei. *Fœtus in utero quando animetur?*

Pete ex Titulo de Anima, & Anima rationalis. GESTATIO FOETUS.

PERFECTA. IMPERFECTA.

Septem mensium raro, novem frequentius, auctore Hippocrate, sensu judice. Neque in re manifesta de exemplis multum laborandum.

FACILIS, LABORIOSA.

Olympiadem in partu Dianam inclamantem audiens philosophus, Equos, inquit, clamores ederet, si mortalem parere?

Notum est Maronis illud de Polliionis filio: *Matri longa decem tulerant fastidia menses.*

FOETUS IN LUCEM EDITUS. QUO AD

SUBSTANTIAM. VEL.

Integer.

Exemplis hic non opus est.

Non integer.

LUDOVICUS Ungariæ & Boemiæ Rex, sine extrema cute quam *Andropoda* vocant, editus est. Omne non obscuro, extremæ cladis Christiano nomini illo regnante inferenda.

HABITUM. UTPUTA.

Diadematus.

C MACRINUS Imp. filium habuit Diadumenum, formosissimum, sic dictum, quod diadema Trivix, cum nasceretur, in capite haberet, ita fortè, quod rumpi non posuit, veris intercedentibus nervis. Et hinc Diadematum puerum appellatum credunt plerique. Licet quidam de nomine avi sui materni Diadumenum vocatum scribant. *Cuspin. A. D.*

MODUM.

Præpostere editus.

Agrippæ, veluti agræ parti, à Rom. appellantur, quorum in nascendo non caput, sed pedes primùm exeunt, ab ægritudine & pedibus dicti, teste *Gell. lib. 16. c. 16. ex Varrone, & Solino c. 4. Polybist.* qui infelices eos plerumque esse scribit. In M. Agrippa felicitatis argumentum fuit, nec tamen utque adeo inoffensa, ut non plura ad verba pertulerit, quam secunda. Nam & misera pedum valitudine, & aperto conjugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retroverti ortus omni luit. *Plin. lib. 7. c. 8. Euprob. lib. 7. c. 4.* Hujus autem periculi deprecandi gratia, aræ statutz sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postverta nominata est, Prosa altera, à recti perverſique partus & potestate & nomine. *Gellius.*

D Domitius Nero Imp. toto principatu suo hostis generis humani, pedibus genitus est, ut scripsit parens ejus Agrippina, teste *Plinio lib. 7. c. 8.*

In utero.

In utero protnus reversus infans Saganti, quo anno ab Annibale deleta est. *Plin. lib. 7. c. 3.*

Editus marientem matre.

Vide Tit. In partu mortuæ, illic Matris, hic Fœtus ratio habetur.

THALIA nympba Scula juxta Symetum fl. à Jove compressa, gemellos concepit. Metu Junonis optavit, ut sibi terra deſideret. Ubi venit tempus maturitatis infantum, reclusa terra est, & infantes ex alvo emerſerunt, appellatique sunt Palicæ, & *ἑρῶν ἰκῶν*, quoniam prius in terram mersi, nunc denud reversi essent. *Macrob. lib. 5. Saturn. c. 19.*

Mortuo Enechone Arista rege primo Navarorum, regnavit Garſias Enechonis, filius ejus. Eum quadam die in vinculo Larum residentem, supervenientes Arabes occiderunt, & Urracam uxorem ejus prægnantem in utero lancea percussere. Latrunculis fugatis, regina per vulnus lanceæ infantulum

enixa perit, qui miraculo omnium edit servatus, & Saneus E Garſia fuit vocatus. Eum quidem nobilis suscepit, & diligentiſſimè educavit. Cum ad adoleſcentiam perveniſſet, ætatem indole, & indolem strenuis operibus ſuperans, fuſceſſit in regno regi Garſia, ann. dccc. xviii. *Rodericus Tuletus lib. 5. rerum Hiſp. c. 22. & Marinus lib. 8. rerum Hiſp.*

VENCESLAUS Imp. ignaviſſimus matrem in partu interfecit, & baptiſma primo ingreſſus fœdavit, ut jam omen illud eſſet improbitatis. *Cuſp. A. D.*

Elapſus mortua matre.

In Tegeatum agro eſt mons Creſtus nomine, in quo ſuit Aphnii facellum. Nam ibi cum *Erope* congreſſus eſt Mars, veluti memorant Tegeatæ, natus inde Aphnius, matri nihilominus in hæſit, partui quamvis immortuæ, ac ex uberibus vi nuntinis paterni multum copioſumque lac fuxit. Quæ ratione in deos translatus, Aphnius, id eſt, dives, fertur nuncupatus. *Celſus lib. 20. c. 24. Antiq. Leſt.*

GORGAS Epirota, fortis & clarus vir, in funere matris ſuz utero elapſus, inopinato vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coegit, novumque ſpectaculum patriæ præbuit, non tantum ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas affectus. *Valer. lib. 11. c. 8.*

Excifus, Caſares, Caſones.

Cæſura hujus & methodum & exempla peculiari commentario noſtra etate edidit *Franciſcus Roſſetus medicus Gallus, eo, quem de Partu Cæſareo inſcripſit.*

Ajunt quidam, Coronidem prægnantem cum *Iſchia* Elati filio concubuiſſe. Quod graviter ferens Diana, illam interemit, quia ſtati factam injuriam perſerre non poſſet. Illa poſtea cum rogo impoſita fuiſſet, Mercurius eſt ventur mortuæ. *Æſculapium* extraxit, vel ipſemet *Apollo*: in teſtate *Ovidius lib. 2. Metamor. Natalis Comes lib. 4. Mythol. c. 11.*

P. Scipio Africanus prior, deſuncta parente exciſus utero, in diem venit. Ideoque etiam primus apud Romanos Cæſaris nomine ſalutatus eſt. Simili modo natus eſt *Manlius*, qui Carthaginem cum exercitu juravit. *Solinus cap. 4. Polybiſt. & Syllus Italianus lib. 13. Plin. lib. 7. cap. 9.* Fortè hic eſt M. *Manlius Torquatus*, qui cum L. *Martio* Cenſoreno conſul fuit.

Cæſares dicebantur Romanorum Imper. à C. Julio Cæſare, qui natus non eſt; nam matrem ejus nono menſe mortuum diſſecuerunt, eumque protulerunt: & Cæſarem dixerunt, à cæſa matris alvo. *Svidas.* Sed fabella hæc eſt Græca. Namque matrem habuit *Aureliam*, ſeminam primariam & ſingulari pudicitia mulierem (ut *Plut.* inquit) quam amiſit, cum bellum Gallicum gereret. Sed primo fortè, qui hoc nomen ſortitus eſt, event, ut è matris utero cæſura emeretur. Licet aliqui etymum hinc ducant, quod à caelo elephanto in pugna, qui lingua Maurorum Cæſar dicitur, vel quod oculis fuerit cæſus, hoc eſt, glaucus, vel à cæſate, qua natus proditur, primus, qui quibus is fuerit, Cæſaris nomen adeptus ſit. *Cuſp. A. D.*

S. DROGO Conſeſor in Principatu Spinetenſi, natus eſt caſo. Nam inter diros partus dolores matris, conſilio obſtetricum per illius latus fui extractus. *Vide Natal. SS. Belgii Molani, 14. Julii.*

GEHARDUS, Uthonis Comitæ de Bregentz F. ex matris utero exciſus, Conſtantienſis Epicoſopus factus eſt anno 1001, & monaſterium Petershuſium, item templum Cerſiciacenſe (in emporio nobili Helvetiæ, Zurzach dicto) extruxit. *Brufchius.*

Anno 959. Burchardus Comes de Lintzgovv, Buchorn, & Monteforti, liberalitate in pauperes præſtans, poſt Gralonis obitum Abbas Sangallienſis deſignatus eſt, conſummatione ab Othone magno per baculum & ferulam accepta. Dicitur vulgò Ingenitus, eò quod ex mortuæ matris alvo exciſus eſſet. *Brufchius.*

Circa an. fal. 1500. in pago Sigershuſen, præfecturæ Gothliebana, comitatus Turganienſi ſubjecto, ruſticus quidam *Jacobus Nuſer*, uxori ſuz *Elſabetha Aleſpachin*, per aliquot jam dies parturienti, deſperata jam ſalute, conſilium ſuum communicat, Velle ſe, ſi conſentiat, ſiam in ipſa experiri induſtriam (erat autem is *ſpōnſus*) porcos caſtrare ſolitus) illa neceſſitate urgente annuit. Hinc teſta ad præſidem *Frauentfeldenſem* contendit, conatum æque licentiam imperat. Itaque duabus cordatoribus obſtetricibus ex tredecim que aderant, ſecum in conclavi retentis, ſumen uxorſ primo icu feliciter aperuit, femella elegans proſiit. Conſilium vulnus

more

A more uterino reſcè coaluit: ita ut ſequentibus annis ſemel gemellos, quatuor inde alios enixa ſit eidem liberis. Excilia ſilia ad annum ætatis octogefimum pervenit, ſecunditate nobilis.

TEMPUS PARTUS.

Præcox.

ARISTONIS Lacædemoniur regis uxor ſeptimo menſe Demaratum peperit. Ex qua re magnæ poſtea turbæ inter Cleomenem & Demaratum ortæ. *Plut.*

ASCLEPIADES auctor eſt, Naxias mulieres *inſipulas*, id eſt, octimeſtra edere puerperia, vel Junonis munere, id illis gratificantis ob Dionyſii benevolentiam: vel quia Bacchus ipſe ſic creditur natus, quo nomine Naxum inſulam unam à Cycladibus nuncupari Dionyſiam, quamvis de vinearum fertilitate appellari, ita magis *Plinio* placuit. *Celſus lib. 22. c. 23. Amiquarum Leſtionum, ex Svida.*

In Agypto etiam octavo menſe partus vitales eſſe ajunt. *Plin. lib. 7. c. 5. & Ariſtoleſ.* De Hiſpania idem narrat *Avicenna. Celſus lib. 20. c. 1. A. L.*

VESTILIA C. Herdicii, ac poſtea Pomponii Orſiti claſſiſſimum civium conjux, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Ruſſum undecimo, Corbulonem ſeptimo, & urumque conſulem: poſtea Cæſoniam, Caji principis conjugem, octavo. *Plin. lib. 6. c. 5.*

CELLUSTEſtatur, Romæ ſuo tempore accuratè queſitum an 8. menſe infans ex utero editus, & ſtatim mortuus, juſtrium liberorum ſuppleviſſet: cum abortus, non partus, videretur quilibetam menſis octavi intempellitvitas. *Gell. lib. 3. c. 16. Noſt. Attic.*

Serotinus.

Romani, teſte *Varrone*, partus mulieris non tantum nono, ſed & decimo menſe, ſecundum naturam & legitimum eſſe judicant: & propterea tribus Parcis nomina fecere à parturando, unica litera mutatione, & Nonam atque Decimam, à partu tempore appellarunt. Proinde etiam uſu venit, ut cum ſemina non ambigue pudicitia xi. menſe poſt mariti obitum peperiffet, liſ mora ſit ab hæredibus, quaſi mortuo marito concepiſſet. Ad Hadrianus cauſa cognita, veterum philoſophorum & medicorum ſententias requiſitis, in xi. quoque menſe partum edi poſſe aſſeruit: item in *Satyra* *Varonis*, que teſtamentum inſcribitur, hæc verba leguntur: Si quis mihi filius unus plureſive in x. menſibus gignatur, ii ſi erunt *ἑοὶ κόρας*, ex hæredes ſunt. Quod ſi quis xi. menſe *ἀπορῶν* natus eſto, Accio idem quod Titio juſto eſto, apud me: hoc eſt, eodem jure erit xi. menſe natus, atque is qui x. quoniam de rebus inter fe nihil diſtantiſibus vulgò dici ſolebat, idem Accii quod Titii. *Gell. lib. 3. cap. 16.*

Apud *Varronem* obſervatum, Gracchum ideò nuncupatum, quod eum mater menſibus duodecim in utero geſtaſſet, quia legitimum pariendi tempus eſſet ſupergeſſa. *Celſus lib. 24. c. 4. Antiq. Leſt.*

MASSURIUS auctor eſt, L. Papyrium prætorem, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum deſiſſe, cum mater partum fe xiii. menſibus diceret tuliffe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. *Plin. lib. 7. c. 5.*

COMMORTUUS MATRI.

D Quædam exempla ex Tit. *Erum*, qua in partu obiere, petantur.

ABORTIVI.

Ex Tit. Abortivum exempla petantur. FOETUS IN LUCEM EDITI CURA.

Require locum de Educatione, Inſtitutione. Diſciplina, Filiis. QUI CURANT.

Parentes.

M. CATO, cum uxor peperiffet, nullo tam urgenti, niſi publico negotio, impediſſebatur, quin ei infantem abluenti & factis involventi aſſiſteret. Illa etiam proprio lacte nutricabatur infantem. Frequenter etiam ſervorum pueros admovebat mamma, quod benevolos eos educationis conſortio erga filium redderet. *Plut. in Catoe.*

Patres.

In Cyro inſula mulier puerpera editæ proliſ nullam curam gerit: ſed viri domi abditus, infantis educationis curam atque onus fert. *Alex. lib. 2. c. 25.*

Magiſtratus.

Thebanorum hæc lex rectiſſimè & ſanctiſſimè poſita eſt: Ne civi Thebano liceat infantem exponere, neque in ſolitudine abjicere, capitis ſupplicio: verum ſi in extrema mendicitate ſit conſtitutus pater, cogitur ſtatim infantem ad magiſtrum cum ipſis falciſ adferre; qui acceptum alicui tradit levi pretio, cum quo pactum & conditiones intercedunt, ut per ſuam fidem infantem alat, & adultum ſervi vel ſervæ loco habeat, ſic ut alimentum & educatio ſervitute compenſentur. *Æl. lib. 2. de Var. hiſt.*

QUOMODO. UTPUTA.

Indolem explorando.

Bracmanes editos infantes ſtatim dijudicabant publico in conſilio, ex facie & corporis membris, cujus eſſent indolis. Cujus indoles probabatur, non diſcipulis formandum curabant: ſi improbaretur, ſtatim occidebant. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

Ex Lycurgi inſtituto Spartani pueros ſtatim à partu vino abluiebant. Si debilis eſſet fœtus, epilepſia corripiebatur, ad omnes militiæ labores futurus idoneus. *Alex. lib. 2. c. 25.*

Germani, ſive Celtae, infantes primùm natos Rheno flumini immergebant, ut judicium facerent de puero, molliſ an robustus eſſet futurus, ſed etiam ut matris pudicitiam explorarent. Nam ſi mater caſtitate ſervafſet, fluitabat in ſummo flumine: ſi adulterium commiſſiſſet, mergebatur. Teſtis *Iulianus* in quadam epiftola ad Maximum, item *Theophylactus*, & *Gall. in primo de San. tuenda*, & in primo *Græcorum Epigram. eis 20. c. 25.*

Alimenta ſubmiſtrando.

Ex Tit. Nutricum hoc quedam. Illic Officium, quod impenditur: hic Fœtus, cui impenditur.

Putat in Heroicis Philoſtratus, dici Amazonas, quod mazo, id eſt, mamma, non alantur: ſed toris ſavis, qui in mellis modum calami ſtivalibus inſidet, lacte præterea equino adlecto. *Celſus lib. 19. c. 12. Antiq. Leſt.*

Romani infantem matris lacte educari potius quam apud coemptas nutrices ali permittebant: cum ingenitas à matre ſola, non patre proficiſſentur; aut ſi permiſſiſſet, magna cura præcipuis illi nutrices *Laconicas*, velut educationis magiſtras, admovebant. Quod æque Germani eſt habitum neceſſas, apud quos mater ſilium ſuo lacte alit. *Alexand. lib. 2. cap. 25.*

Sanitati & Robori conſulendo.

Ruruli infantes primùm natos flumini immergebant, ut corpora eorum firmarentur, non ſumic atque ferrum candens aquæ immiſſum. *Virg. 9. Æn.*

— natos ad flumina primùm Deferimus, ſiveoque gelu duramus & undis. Idem de Jazygibus ſcribit *Valerius Flaccus*:

— ſervo duravimus amne Progeniem, natoſque rudes.

Thraces, Scythas, eundem morem habuiſſe, *Sidonius Apollinaris* teſtatur:

— & matris ab alvo Artus infantum molles nix Cimbrica durat.

Ethiopes, ab ipſo natali die editos infantes in fronte inurunt, & ſtigmatè notant, quo capitis & oculorum humor exciſſetur. Hodie quoque Ligures ajunt infantum occipiti carbonem ignitum adhibere, eadem ratione (ſua lingua Incendere vocant, ſi ferro ignito fiat) ad arcendam epileſiam. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. ex Herod. lib. 4.*

Pæni paſtorales, ubi filii ipſorum quadrini effecti ſunt, venas verticis illorum lana ſuccida inurunt: nonnulli venas temporum, ne puita deſtuens è capite, officiat. Et ſunt revera Pæni inter omnes homines ſaluberrimo corpore. Quod ſi pueris inurendis ſiſpimos exiſtat, urina hirci aſpera eos liberrant. *Herod. 4.*

Spartani infantes vino abluiebant à partu, argumentum ſumpturi, an epilepſia obnoxii forent. Nonnulli ſale, & aqua, ad firmandum corpus. Eoſdem *Eyurgus* frigidiffima aqua ſoveri, nudoſque in labore emurari voluit, ut labori & dolori aſſueſcerent. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

Apud Rom. in teſtudinibus aſveis, aut ex tergore marinarum teſtudinum factis, calida pueros abluiebant, mox oleo & butyro perungebant. *Alex. lib. 2. c. 25.*

NEGLE.

A NEGLECTUS. puta EXPOSITIUM PUERI. Quicunque exponitur, quocumque consilio, huius sum loci. Qui ipsi etiam ad locum Mortis pertinent, quatenus moriuntur in prima etate. Sin conferuntur, ad Tit. Vita conferunt. Porro sanguinolenti infantes Expositi Latini dicuntur, quod recens nati esserentur.

Vide de his Locum particularem in Littera E.

Fons.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fons est locus, unde funditur aqua viva, secundum Varronem lib. 4. de Ling. Latina. Ipsi vero lib. 13. cap. 21. Fontem definit caput nascentis aquae, quasi fundens aquas. Graci hodie Epitaphus, fontem vocant, à Epitapho, id est, scaturit, at melius alii cum Veteribus utuntur nomine *κλύς*, vel *κλύς*, pro fonte. Transfertur, ut significet cuiusque rei originem & causam.

*** ORIGO FONTIUM.**

Fuerunt, qui intra terram cavitates aliquas, & alveos efficerent, & intra illos recipi imbres, ac ex iis generari fontes. Melius Aristoteles, fontium originem ad terræ sinus deducit, intra quos aqua & aer recipiuntur, & in aquam resolvuntur.

Alii è mari fontium fluminumque perennitatem deducunt. Ita D. Basilus bom. 4. Hexam. Hieronym. ad c. 1. Ecclesiast. ubi ita dicitur: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redimat: ad locum unde exeunt, revertuntur.

Sanè quidquid de hac re sit, constat ex sacris Litteris, Deum die tertio aquas omnes in unum locum congregasse, easque terræ cavernis inclusisse, ac per oculos meatus dispersisse unde fontium parata materia, & abundans copia promanavit.

FONTES CONSIDERATI respectu

QUANTITATIS. Ubi Fontes Multi.

Ex loco Fertilitatis huc quadam.

Nulli.

C Argivorum regionem aquis abundare concedunt, urbem vero ipsam Argos in loco jacere arido, in qua copia puteorum sit, quos Danaudum adscibant solertia: eos enim illas invenisse. Quo ex facto verus ille vulgatur:

Argos aquis vacuum Danae fruxere redundans.

Ex puteis autem, quatuor insignes habentur & facti, quos eximia veneratione colunt: qui in aquarum penuria, aquarum abundantiam inducunt. Strabo lib. 8.

M O T U S.

In patris Lusitanæ oppido, quod vulgò Villamnovam vocant, distatque à Castra civitate passuum millia circiter undecim, fons oritur Kalendis Majis, & ad Kalendas usque Novembres aquas Villenovanis abundè diffundit; postea verò occultatur, laterque hyeme tota: & ad statutum tempus, hoc est, ad Kalendas Majas, renascitur, & accolat revivit. Marinius lib. 1. de reb. Hispan.

In Islandia fontes sunt complures, qui modò plenis exundant alveis, & in sublimè assurgunt, modò depriminuntur & abhorbentur. Saxo.

D In Bernensium ditione, non procul ab Hastensium municipio, Alpes Angustilæ occurrunt, Junio, Julio & Augusto mensibus habitabiles. Iisdem mensibus solis ex scopulo profuit fons uberrimus, bis in die, manè & vesperi, quando pecora adaquantur: iisque reflectis, sensim evanescit. Sordium injectionem Nymphae ejus loci tanta fert impotentia, ut per aliquot dies aquam denegare soleat; nec nisi expurgato alveo, & veluti prociptato numine, ad officium redeat: Testis experientia. Stumpfius lib. 7. Helvetia.

QUALITATIS. HUC FONTES Calidi. Thermæ.

Callithoe fons calidus, medicæ salubritatis, aquarum gloriam ipso nomine preferens, prope Alphatitem Palæstinæ lacum. Plin. lib. 5. c. 16.

Ad Syriæ Hieropolim calidæ aquæ scaturiant, & Plutoniam est: ibi aqua adeò facilliter in topium duratur, ut qui aqua ductus deducunt, ex integro topio fistulas conficiant. Platonium est os, in parvo quodam imminenti montis supercilio, ita commensuratum, ut hominem suscipere possit, mira profunditate. Huic propositum est vallum quadratum

ambitu ferè semijugero, quod nebulosa & crassa caligine plenum est, ut vix solum discerni possit. Ad septem appropinquantibus, aer innoxios est; purus ab illa caligine, in tranquillitate ventorum: Nam caligo intra ambitum malet. Si vero animal introrsum progrediatur, statim moritur. Quapropter turris introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos, inquit Strabo, passeres immittimus, qui subito mortui ceciderunt. Galli vello execti illi accedunt, ut etiam utique ad os appropinquent, & introfiant & immergantur, quousque possint spiritum continere. Strabo lib. 13.

In Jonia xl. stadiis procul à Smyrna, thermæ sunt, in quas Graci ex oraculo descendere iussi, à Mythis multis vulneribus affecti, cum ad Trojam, duce Agamemnone, proficiscerentur, sanati sunt. Inde nomen meruerit, ut Agamemnonia dicerentur. Philostratus in Protefolao.

In Thracia urbs est Anchialus, quam Sardanapalus Parthorum rex (teste Jordane) ex fundamentis crexit, intra limbum maris, & Hæmi montis radices. Ibi calidæ aquæ quinquodecimo milliario ab urbe distantes, ab imo sui fontis igne faturientes, tam salubres esse creduntur (Gohorum testimonio, qui directa sub Galieno Asia, illi se se refocillarunt) ut vix in universo orbe aquæ salutare pro reparandis hominum membris inveniantur. Joannes Magnus lib. 16. cap. 14. & Crantzius lib. 2. Suevia c. 8. ex Jordane.

In Isthmo Corinthiaco, è regione Cenchraei promontorii, sunt Helena balneæ. Aqua à saxo in mare defluit, multa illa quidem, & salia, nihilo calidior, quam quæ igni primum in-teperit. Pausanias in Corinth.

Campus est Calcidi adiacens, Lilanus dictus, in quo calidarum scaturigines aquarum erumpunt ad curandos morbos. Quibus Corn. Sylla Romanorum Imperator eff. usus. Adhuc quoque admirabile aris ac ferri commune metallum, quale nusquam provenire memoria proditur: hoc tempore utrumque proratis evanuit. Strabo lib. 10.

Lebidorum ager (quem primò Cares, deinde Jones obtinere) insigni fecunditate fuit, & calidarum in eo aquarum balneæ plurimæ saluberrimæ. Pausanias in Achaia.

In Isthmo agri Troezeniorum, à Methanis oppido stadia ferme xxx. abunt calidarum aquarum balneæ salæ. Aquas eas è scatebris primùm erupisse ajunt, Antigono Demetrii filio in Macedonibus regnante, ac prius quidem repentinis ignibus cum locum æstivasse. Ibi qui laudent, frigidis perfundi non possunt, quòd neque dulces ulla prope sunt, neque potest quisquam sine periculo se in proximum mare, nandi causa, mittere, propter cum alias belluas, tum vero canes, quorum vim magnam pelagus illud gignit. Pausan. in Corinth.

Lipara una Æolidum insularum, balneis ad valetudinem pristinam recuperandam abundat. Profert metallum celebre, quod alumen appellant: ex quo Liparensium Romanique magnam percipiunt viciâ. Nam cum nullo alio in loco Orbis alumen generetur, magnos affert huic insulæ questus. Dioscorus lib. 5. c. 7.

Thermas salubres recenset Plinius lib. 31. cap. 1. Aquitania apud Tarbellos, & in Pyrenæis montibus, Pucolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in Narbonensi provincia; nusquam tamen largius quam in Bajano sinu, nec pluribus auxiliandis generibus: in Campania itidem Sivefianæ fertilitati seminarum, & viorum infantie medentur: in Ænaria insula calculosis. Plin. lib. 31. cap. 1. plures alias recenset.

Quidam fabulati sunt, Gigantes è Phlegra Campaniæ vicina pullos ab Hercule, terram subivisse, atque ex illorum cruore fontem Leucæ fecitum vocatum habuisse, Phlegramque Campaniæ oram fuisse vocatam, quòd igni calidarumque aquarum fluxu abundaret, totiusque Bajarum & Cumatarum tractus sulphuris & ignis naturam referentes aquas emitteret. Calidas idem esse inquit, quòd vulnèrum flammam abluerint, cum ex ipsius fulminis natura sulphur occant. Aquæ calidæ ad Budam in Hungaria vergunt in oceanum, distantque à menibus stadiis ferme duodecim: mirabilis autem earum natura fertur, quum scaturientes aquæ tantus fit fervor, ut pedes vix tentari possit, & in eam à lanis projecti iues facillè depilentur, nec tantè tamen intereat, quæ frequentes innatare conspiciuntur. Jo. vius lib. 39. Hispor.

Fabariæ Thermæ apud Rhetos, ad Fabarium, Cenobium Benedictinorum vetustissimum, sub Frederico II. Imp. aucupis

A aucupis opera, aquilas sectantis, repetat, ulceribus chironis, corporibus vel morbo vel labore resolutis, mirè utiles, in profundissimo & angustissimo hiatu, ad cuius apicem æthivo tempore meridianus sol unica tantùm hora pertingit, sitæ, aquam fundunt calidam, pellucidam, Majo primùm mense ex scopulo prorumpentem, Septembris denudè evanescentem, sex ferè mensibus feriantem, quasi natura medica agrorum commo-ditatis, æstivis tantum mensibus in tam horrenda specu, hocce non magis admirando, quam salubri fonte consulere voluerit. Stumpfius lib. 10. Helvetia.

Aquis Helvetiorum (vulgò Badam vocant) in pago Tigurino, thermæ sulphureæ præstantis usus. Quarum commoditas & illecebras eleganter describit Poggius in epistola ad Leonardum Aretinum.

VALLESIANI Thermas Viberas five Brigeas habent, sulphureas: Habent quoque Leucinas, tanti fervoris, ut cocturae antienterviant, à cupris venis promanantes. Stumpfius. Frigidii.

In Eleuthero Laconia propter ruinas Cyphantum urbis, fons saliens conspicitur frigidissimæ aquæ è laxo prorumpentis. Atalantam è venatione siti laborantem, cum saxum illud cupidè percussisset, aquam elucisse ferunt. Pausanias in Laconia.

PRODARUS, Dulcis divinaque aqua Tiphose ex pulchro fonte. Est autem Tiphosa fons Æoetiæ, ex quo scribit Aristophanes Tiresiam bibisse, qui cum frigus ob senectutem ferre non posset, ita in mortuus est. Athen. lib. 2. c. 2.

In Mesopotamia Caburae fons est unus suaveolentis aquæ. Plin. hist. nat. lib. 31. c. 2.

Reperiuntur in Islandia fontibus cerevisiæ sapore. Saxo. in prefatione, & Olaus lib. 21. c. 4. Fecundi.

Ad urbem Hiericho largissimus fons est, rigandisque arvis uberrimus, juxta veterem scauriens civitatem, quam Jesus Nave filius, Hebraeorum ductor, primam in Chanaanorum terra bello possideret. Hunc fontem aliquando ferunt non solum terræ atque lignorum fructus, sed etiam feminarum partum obtundere solitum, cunctaque pariter morbo ac peste corrumpere: postea verò mansuervisse, contraque saluberrimum ac feracissimum esse factum ab Heliæo propheta, qui Heliæus notus fuerat atque successerat. Receptus enim hospitio ab Hierichontibus habitatoribus, quòd humaniores eos expertus erat, ipso & omnem illam regionem perpetua gratia remuneratus est: progressivè ad fontem, lagenam scitillem novam salis plenam in profuentem aquam misit. Juxta deinde ad celum dexteram tendens, fontique immergens blanda lissimam, ipsum quidem precabatur, ut fuenta leniret, ac dulciores aquarum venas aperiret: Deum verò, ut fecundioribus aeris humina temperaret, orabat: tam uberitatem fructuum, quam successivè prolis daret indigenis, nec eos genitrix filiorum aqua deficeret, quoque multa operatus, fontem immutavit: Et qui antea causa erat his orbitatis ac famis, idem victus ac fecunditatis auctor est effectus. Denique rigationis ejus tanta est potentia, ut si atigerit modò terram, spidior sit aquis diu perleverantibus. Unde eo quæ largius abutuntur, exiguum emolumentum habent: quæ verò parcius, plurimum. Amplius tamen, quam cæteri fontes spatium ligat, & septuaginta quidem stadiis longam, viginti D. autem latam planitiem permeat. Josephus lib. 5. c. 4. belli Iud. ex 4. Regum 2.

U S U S.

Fons Potabiles.

In desertis Arabiæ locus est, Elinum dictus, in quo Israelitæ, duce Moysè, duodecim fontes aquæ repererunt, & septuaginta palmas. Exod. 15. In eodem deserto locus est Mara dictus, propter amaritudinem aquæ. In quo cum castra haberent Israelitæ, Moysès, Domino monstrante, lignum quoddam aquæ iniecit, eamque potabilem reddidit. Exodi 15.

Hiericho urbs cum restaurata esset, situ quidem commodo erat, verùm terra sterilis, & aqua vitiosa. Eliæus igitur propheta salem è novo silino fontis iniecit, & amarorem, atque sterilitatem ei abstrulit. 4. Regum 2.

ETHIOPES Macrobi carne tantum cocta, & lacte aluntur: aquam bibunt ex fonte, in quo loti efficiuntur perinde atque inuncti, violam olentes. Ea aqua adeò invalida est, ut in ea ne lignum quidem vel palea innatare possit, sed omnia pessum L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.

cant in profundum. Hæc aqua illis præstare videtur, quòd E. sint longevi, & perlique ad centum viginti annos perveniunt. Herodotus lib. 3.

Ad Lernam in agro Argivorum Amymones fons est, & ad eam platanus exurgit, sub quo Hydram Lernæam educatam narrat. Pausanias in Corinth.

CORINTHUS perennium aquarum copia abundavit, & plurimos habuit aquæ ductus. Bellerophonis ibi pectabatur, & ex ipsa Pegali equi ungula manans aqua. Item fons Glaucæ, in quem sese illa abiecit, salutarem sibi aquam fore sperans contra Medæa veneficia. Pausan. in Corinth.

Qui fontis Pirenes dicti in Corintho aquam ponderavit, omnibus aquis totius Græciæ leviorè illam invenit. Aristophanes Comicus cum aliis multis in rebus, tum quòd optimam omnium habeat aquam, agrum Atheniensem excellere scribit, inquit: Qualia producit regio Hipponice omnibus totius terræ habitata præstantiora: mel, panes, ficus per Jovem fert cerè: greges, lanas, myrti fructum, vigimas, calcos, aquam egregiam, ita ut quispiam statim fe Aticam aquam bibere cognoscat. Arb. lib. 2. cap. 2. In-ciderat inter sophistas sermo, quæ aquæ essent suavissima. F. Cùmque alii Lernæ aquam laudarent, alii Pirenes, respondit Carneus Megarensis Cynicus, ex Philoxeni sententia: Quæ manus abluat. Idem lib. 4. cap. 18. Ptolomæus rex libro Commentariorum septimo ita scribit: In Corinthum nobis per Contoporiæ dictæ promontorium procedentibus, fons obvius est factus, qui aquam nive multò frigidiorè emittit, ex quo multi non bibunt, nisi aquam longinquam esse à fonte expectent: ipse verò septium bibisse scribit. Athen. lib. 1. cap. 2.

Apud Tenarum Laconia promontorium fons est, qui olim introficientibus portus & naves spectandas præbuisse dicitur. Aque miraculum illud fœmina quædam fustulisse dicitur, cum in ea pollutam vestem abluisset. Pausanias in Laconia.

Brundisii in portu fons incorruptus præstat aquas navigantibus. Plinius lib. 3. c. 103.

Medicati.

Silva fons ad radices montis Sion, non jugibus aquis, sed certis horis diebusque ebullit, & per terrarum concava & antra saxi durissimi cum magno sonitu venit. Hieron. com. in Esajam lib. 3. c. 8.

Socromenus lib. 7. c. 21. narrat de fonte circa Emaus, postea Nicopolim dictam, ubi Christus cum Cleopha post resurrectionem ambulans, in alium fe vicum propeare simitavit, & ubi cùm discipulis aliquando hvi pedes; quòd eam acceperit vim, ut esset medicina omnis generis morborum, non modò hominibus, sed etiam animalibus.

Propè Cynæthensium Arcadem urbem fons est præglaciæ aquæ. Fontem obumbrat platanus. Si quis ex rabidi canis morsu, vel vulnere, vel noxam quovis modo traxerit, aqua hausta statim sanatur. Erre itaque ipsa fontem Alyfion, quòd per eum sedetur rabies, nominant. Videtur itaque natura Arcadibus, cum Syrijs aquam ad perniciem hominum dedisset, hunc etiam, qui in Cynæthensibus est, fontem, longè diversa vi, æquata boni malique forte, salutis causa tribuere voluisse. Pausanias in Arcadici.

In Elide, ad vicum Heracleam, supra fontem, è quo amnis Cytherus manat, Nympharum templum est. Sua sunt propria Nymphis nomina, Calliphæa, Synallaxis, Pagæa & Jafus. Communi vocabulo Jonides nuncupantur. Saluberrimæ sunt lavantibus aquæ, ad lassitudines & cæteros corporis dolores levandos. Pausanias lib. 6.

STEPHANUS de nominibus urbium refert Azaniam unam, quæ sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam esse, cuius aquam qui gustavit, hunc usque adeò à vino abhorrebat, ut nec odorem ferat.

Pamissi amnis fons, qua à Thuria in Arcadiam itur, infantium morbis medetur. Pausanias in Messenijs.

In Bœotia ad Trophonium Deum, juxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis. In Sicilia aqua oppidum Celscum rivus fluit Nux, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri, M. Varro tradit. Zamæ in Africa, quo canoræ voces. Plinius lib. 31. c. 1.

Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo parentes amorem deponere, Mutiam credit. Plin. lib. 31. c. 1.

Scotulæ fons non hominum modò, sed & pecoris vulnera T t sanat,

A sanat, lignumque etiam sissum & contractum, si injicias, coalescit. Antigonus in Mir. nat.

Thepiarium fons conceptus mulieribus representat. Item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem parum Linus fons in eadem Arcadia, abotruque ferti non patitur. Plinius lib. 31. c. 1. Theophrastus in lib. de plantis dicit, aquam esse filiorum feracem, velut in Thepiis, & in Pyrrha sterilem: ex dulcibus aquis quaedam esse steriles, vel certe parum fecundas, sicut quae in Phaea & Tharrha. Athen. lib. 2. c. 2.

Tungri civitas Galliae, fontem habet insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Plin. lib. 31. c. 1.

Supra Burgensem civitatem in Hispania, ad passuum millia circiter viginti, versus Orientem, pagus est nomine Boetius, sub altissima rupe positus, ex qua fonticulus effluens, in planiciem apud pagum praenominatum descendit, & duos in lacus ingreditur, quibus tantam vim salubritatis & virtutis infundit, ut omnes fluxum sanguinis patientes, cum hac aqua lavantur, statim liberentur. Marinius lib. 1. rerum Hisp.

B In Baetica provincia juxta oppidum Antiqueram fons est Antiquarius, potu suo calculos dissolvens: ideoque a petra, quam extrahit per urinam, cognominatus est. Ibid.

Referunt in Bonica insula, quae ab Hispaniola orbis novi nec passuum millibus distat, fontem in vertice montis esse qui fenes refluit, non tamen canos mutet, nec tollat jam contractas rugas. Cujus rei praeter perseverantem famam, loquax testis Petrus Martyr Angerius Mediolanensis, a secretis Regis olim Hispaniarum, in suis decaudibus orbis nuper inventi. Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.

Variis Uliis. Apud Hierapolim Syriae aqua quaedam adeo tingendis lanis idonea est, ut ex radicibus tincta cum his decerent, quae ex vermiculo purpuraeque tingunt. At adeo exuberat aquarum vis, ut regnabalis sponte nascentibus plena inveniantur. Strabo lib. 13.

Refert secundo libro Plinius, fontem esse quendam in Dodona, qui cum sit frigidissimus, faces si quis ardentis immergat, extinguit: si extincta admoveantur, accendit. Erasmus in Adagiis.

C In Islandia fons est, qui exhalatione sua omnia vicina in lapideae naturae duritiem transmutat. Saxo, lib. 1. FRUCTUS. PUTA Oleum.

Ab Edinburgo Scotiae urbe plus minus duobus passuum millibus fons est, cui olei guttae innatant, ut si nihil inde collegeris, nihil plus confluat: quantumvis autem abstuleris, nihilominus remaneat. Natum esse ajunt effusio illic oleo D. Catharinae, quod a D. Margarita ex Monte Sinai adferrebat. Fidem rei faciunt, fontis nomen divae Catharinae inditum, atque in ejusdem honorem sacellum juxta, divae Margaritae jusse, edificatum: valet hoc oleum contra varias cutis scabritates. H. Boethius in Scotia descriptione.

* PISCES. Fama est, in Caria circa Lorum urbem, ingentem aquarum copiam de terra exsilisse, afferentem secum animalium copiosam turbam, & inter ea pisces in tenebris saginatos, haecentis ignotos, & antea non vilos. Refertur in comm. Comimb. Collegii in c. 4. meteor.

D * FONTIUM MOTUS, ET QUALITATES VARIAE.

Fontium motus a loco unde, oriuntur, multum dependet, ut puta si loco editiore, aut minus edito: aut si per rupes angusto meatu percurrant, sic enim autardius, aut celerius exsiliunt. Quidam vero tanta vis exsiliunt, ut & saxa extrudant. Veluti Mariæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum.

Alii quodvis pondus immisissum remittunt, ut in Arabia, cujus etiam natura fuit alius in Lusitania, in agro Catineni, prope oppidum quod Cantanhede dicitur.

Quidam injecta absorbent. Ut unus qui exstat in eodem agro, & meminit utriusque Plinius lib. 2. nat. hist. c. 103.

Nonnulli, quamvis aqua superabundans, nunquam exsiliunt, ita Pyrene in radice Arraborianthi.

Alii frigidissimi, tamen more effervescentis aquae ad ignem ebulliunt: nec tamen aquas extra labra evomunt, sed reforescent. Ut in Eibogano Aciatula, quam insanam vocant, & Fons in Cappadocia ad oppidum Tyana.

Alii modo intumescunt, modo resident, ut Crater Turin-

giae: item fons Pluviana Italica dicitur, in Comensi juxta Larium E lacum, qui id singulis horis, aut saltem ter in die facit.

Sunt & qui mensuram aemulantur, & cum eo incrementa & decrementa accipiunt: talis est in Gadibus unus, & Burdegale in Gallia alter.

Alii contrario modo se habent, nam mari aestuante, illi exsiliunt, quales in Hispania plerique.

In Cantabria tres sunt fontes octenis pedibus distantes, & in unum alveum vasto amne coeunt, qui singulis diebus sicantur duodecies, aliquando vicies.

Quidam fontes sua se sponte expurgant, sic in Cherfenne- so, Rhodiorum fons.

Apud Garamantes fons est tam frigidus, ut in potum simi nequeat, idque die noctu verò ita calidus, ut contingi nequeat. Alius in India perhibetur, in quo lucerna extincta accenduntur. Item alium ferunt Jovis Ammonis appellatum, qui sub luce manantibus aquis tepet, frigitque in meride, calet vespere, & media nocte aestuat.

Alibi, ut in Liguria, Paphlagonia, & Caleno agro, inebriant instar vini.

Alius Atania in Arcadia provincia tantum ingerit vini triduum, ut neque gustare, nec odorari illud possit, qui aquas illius gustavit. Ita de simili cecinit Ovidius lib. Metam.

Clitorio de fonte sitim quicumque levavit, Vna fugit, gaudetque meris abstemis undis.

In Bœotia duo sunt fontes juxta flumen Orchoemon, quorum unus obliuionem inducit, estque Lethe: alius memoriam reficit.

In Aëta insula est fons, hebetes reddens sensus. In Æthiopia verò, generans insaniam.

* PROGNOSTICA. PRÆSAGIA.

Ex Fontibus.

Memorat Camerarius p. 1. bor. succi. c. 73. audivisse se ex Principe quodam Germaniae, esse in ditione sua fontem aliquoquin perennem, sed quando scaturigo ejus decrevit, certissimam portendere caritatem annonae: si exarefecit, famem, ideoque Fontem famis vulgo appellari.

De alio Fonte narrat P. Albinus in Chronico Misnensi, quod Glomuzi ab Albi vix duo passuum millia distans, dum tranquillitas & formosus frugibus annus est indigenis, aquis illius innatent glandes, triticum, & alia granorum generat: dum verò bella imminet, sanguinem aquae referant: si pestis, cineres his superantant.

Idem Camerarius supra, recenset, novissime se nobiles quosdam, qui certa mortis imminentes indicia habebant, si fons quidam limpidiissimus turbatur a verme ignoto: sit fides penes Auctorem.

Fontinalia.

Erant sacra Fontium apud Romanos, unde & Romae porta Fontinalis: Eo autem die, quo sacra haec celebrabantur, fontibus corona injiciebant, puteisque coronabant.

* Forma.

Principium rerum naturalium.

EJUS DIGNITAS DEFINITIO. NOMINA.

Forma substantialis, quae est tertium principium rerum naturalium, dignitatem & definitionem investigamus in praesenti: mox eam Formae acceptionem proponemus, a qua formosi dicimur: cum a priori potius formati & informati, sive informes ac conformes appellemur.

Latuit olim veteres Physiologiae interpretes inesse rebus naturalibus formam, quae pars esset quidditatis; tamen Pythagoras & Cimaeus Loerensis eam asseruerunt, & cum illis Plato, sed omnium luculentissimè Aristoteles lib. 1. Physic. c. 7. text. 6. lib. 1. cap. 1. text. 12. cujus deinde sententiae omnes posteriores subscribunt.

Itaque unicuique rei naturali inest forma sua substantialis, quae gradum perfectionis, & verum esse accipiat; quae omnes elicit tum vitales, tum reliquorum munerum actiones, suaque varietate mundi hujus pulcherrimum theatrum exornet, & distinguat. Definitur autem Forma actus simplex substantialis, unum per se cum materia constitutus, sive suapte natura continuere nata. Pythagoras Formam appellat unum: quia scilicet vagam & incertam materiam rationem in unam contraheret, certamque

Atamque speciem. Unde ipsius dogma erat, Triam rerum esse initia: Infinitum, Unum, Duo, id est, Deum, Formam, Materiam. Timeus Loerensis apud Platonem, vocat Formam mentem: dicitque mundum hunc necessitate, hoc est materia; & mente, id est, forma consistere.

PLATO vocat formas Physicas, similes & effigies; quia sint quaedam imitationes Idearum. Item umbras, nempe Idearum.

Apud Aristotelem vocatur Forma quid divinum, optimum, pulchrum, & Finis, nempe generationis.

VARIA FORMARUM PRODUCTIO.

Formae aliae sunt ordinis naturalis, ut v. g. forma equi, quantitas, &c. aliae non naturales, ut gratia, lumen gloriae: aliae denique artificiales. Itaque formae ordinis naturalis educuntur de potentia materiae, apte ad eas suscipiendas dispositae, & eas suscipere idoneae: Hominis formam excipiunt, animam scilicet rationalem, quae creatur a Deo, infunditur in materiam, ut quae absque subiecto ullo per se cohaerere, & extra illud creati potest, uti & conservari.

Non naturales infunduntur a Deo: Artificiales verò resulant ex varia materiae compositione, & incisione; non eductur autem de illius potentia, ut quae ad illas naturalem propensionem non habeant.

Forma.

A QUAE FORMOSI, PULCHRI. DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

Formam modò consideramus, quae sit apta membrorum figura cum coloris suavitate, quam Ovid. lib. 2. de arte amandi ita depingit:

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annas, Fit minor, & spatio carpitur usque. Nec semper violae, nec semper lilium florent, Et riget amissa prima relicta rosa. Et sibi jam venient canis formosa capillis, Lano venient rugae, quae tibi corpus aereit.

Philosophi definiunt Formam sive Pulchritudinem, qualitatem quandam in corpore exurgentem ex membrorum integritate, eorumque debita proportione, iuxta antiquitatem, & coloris suavitatem simul junctis. Unde si quid horum defuerit, Curtipudum erit.

FORMAE PRÆSTANTIA. DIGNITAS.

Pulchritudinem hic consideramus non modò absolutam, sed & convenientem ejus, qui ea praeditus est, aetati, viæ, conditioni. Illa simpliciter Formae elegantia dici potest: haec vero Formae dignitas, a qua vel primo aspectu quis regno, imperio, sacerdotio dignus iudicatur.

ACQUISITIO FORMAE.

Publica, Popularis ex ipso loco. Hesioidus lib. 3. Melampodiae, Chalcedem in Eubœa pulchras mulieres habentem nominat: nam formosae ibi mulieres nascuntur, velut testatur Theophrastus. Athen. lib. 13. c. 32. Hypæpna mulieres fuisse pulcherrimas, traditur. Est verò urbs Hypæpa, quae a Thimolo descenditibus occurrit, ad Caystri campestris, nomine imposita, quia sit sub monte, qui Apos nuncupetur, sita, ac dicata Veneti. Calius lib. 14. c. 1. Aniq. Lect.

Apud Tenedum, Trojanis adjacentem insulam, esse omnium, quorquod sint, Mulieres speciosissimas, in Aëtae periplo scribit Nymphodorus. Calius lib. 24. c. 9.

Senenses feminae inter Italicas praecellentes formae, & elegantis ingenii singulare decus, constanti omnium ferè fama obtinent. Sab. suppl. lib. 28. ex Iovio.

Privata.

PHANEM omnibus hominibus elegantia formae praestantem, Venus in laetibus abscondit. Alii dicunt eum portitorem fuisse, & Venere transire volentem, necientem, quantum esset, liberet promptèque recipere. Ei alabastrum cum unguento dea donavit, quo unctus omnium hominum speciosissimus evasit: atque ejus amore Mitylenenses feminae captae sunt, praesertim Sappho poetria, Scamandronymi filia. Deprehensus in supro, perit. Aelian. lib. 12.

Uxor Aegæi Lacedaemonii, Alcides F. quam postea duxit rex Ariston speciosissima fuit, ex turpissima talis facta. Siquidem eam claris ortum parentibus, nutrix infantem adhuc singulis diebus balujabat ad Helene templum, quod est in Therapne, supra sanum Phœbi: & stans ante simulacrum, deam precabatur, ut alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exeventi de templo, mulier quaedam apparuisse fertur, atque interrogasse illam, Quidnam in ulnis gestaret? Et cum nutrix se infantem L. B. T. beat. vit. Hum. an. Tom. III.

tem gestare respondisset, jussit sibi ostendi. Cùmque negaret E nutritrix se id facturam, quòd infantem parentes sui venissent ostendi cupiam, insitit prorsus, ut sibi ostenderetur. Nutrice puellam offendente, demulsit illa caput puellae, & dixit, futuram eam omnium Spartanorum formosissimam: ab ea igitur cum ea pristina species decidisset, posteaquam ad nubilem pervenit aetatem, eam duxit uxorem Aegæus: Ariston verò astu Aegæum perfasit, ut eam sibi concederet. Herod. lib. 6. & Pausanias in Lacon.

POSSESSIO. PULCHRI QUI. PUTA

Philosophi.

PYTHAGORAS philosophus tam formosus, ut illum discipuli opinarentur Apollinem esse, qui ex Hyperboreis venisset, cum nudatus aliquando esset, femur ejus aureum apparuisse, fama est. Laer.

DEMETRIUS Phaleræus, philosophus, ob formam χερσοβαλαρα & λαμπρόν à meretricibus quaedam appellatus fuit, ut testis est Didymus in Symposiacis, referente Laertio lib. 5.

NICOLAUS Damascenus, vir doctissimus, procerò admodum & formoso corpore, ingenio etiam maniusto & jucundo, adeo ut Aug. Imp. eo maxime delectaretur: & ab ejus nomine palmarum balanò pulcherrimos & maximos, Nicolaos dici præciperet, quibus maxime delectabatur. Suid. & Givard. Dial. 8. Hist. poet.

SYRIANUS Magnus philosophus, corpore optimè constituto, procerò, supra modum formoso. Suidas in Ammoniano.

Poeta.

TAMIRAS poeta & musicus, cum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit; deinde præter suam consuetudinem Musas amavit, ac cum eis cantu certavit. A quibus demum victus, luminibus & lyra privatus est. Hinc Proverbium, Σάωρος μάστρας. Volat. lib. 10. Anthrap. Ferunt Tibullum, postea elegiographicum, corporis forma admodum præstanti fuisse. Unde Horat. de eo loquens: Non tu corpus eras sine splendore: dii tibi formam, Dii tibi divitiis dederant, artemque fruendi.

Milites.

CALLICRATES formosissimus Graecorum omnium ad Platæas. Plut. in Aristide.

Athleta.

A victoria Panerati Isthmica, à corporis & animi pulchritudine, à bonis literis, Streptiadem Thebanum laudat Pinodarus 7. Isthmiorum:

— Σθέσιος ἴκπαζος, ἰδὲν τε μαρμαίς, ἀγέτι ἀρταίω ἐκ ἀγῶν σφας.

Θλέσταυ δ' ἰσπλοκαμὸν Μόισαιος id est, Robore quidem stupendus, cujus formosa mens non minor corpore pulchritudinem, virtutem ducit: lueteque nunc violaceae caesarie decoris Musis.

Cratinus formosissimus, & luctator fortissimus. Pausan. l. 6. Viri fortes, bellicosi.

HOMERUS heroum praestantissimos Hectorem & Achillem, formosissimos facit: quia vera & virilis pulchritudo cum omnium actionum bonitate jungitur. Itaque non abs se Socrates pulchros praeter ceteris ad philosophiae studium admittebat: quoniam ubi vera adeo pulchritudo, illic quoque ingenii acumen aderit. In fucata verò & muliebri pulchritudine omnia contrario modo se habent.

Turnum a forma plerisque in locis commendat Virgilius, ut lib. 6. Aeneidos:

— petit ante alios pulcherrimus omnes, Turnus avis atavisque potens. — Item, Ipse inter primas praestanti corpore Turnus Virtutis arma tenens, & toto vertice supra est.

P. SCIPIO Africanus major, formae dignitate barbaris in Hispania admirationi fuit. Plut.

Imbelles, Ignavi.

NIREUS apud Hom. Iliad. κόρως ἀνὴρ ποδὲ ἴλιον ἄλβε, ἀνὴρ ἀπίδονος ἴλιος. & vicissim apud Trojanos Paris ζωομαρῆς τε & ἄδρος εἶς esse dicitur, probrisque loco audit, quòd omnium formosissimus esset.

Cinadi.

MAGNES Smyrnaeus puer, praeter ceteris mortalibus formosus, Poetica in super & Musica ornatus, corona insignis, aureoque retinaculo redimitus, ac habitu molliore indutus, civitates obibat, multis dilectus, praesertim Gygi Lydorum regi. Mulieres certe omnes, Magnesium praetertitum, ad insaniam redigebat.